

TEXTVS ARISTOTI
LIS

1525

Rękopis i jego oprawa zostały wyrestaurowane w r. 1932. (A.B.).

Libri Aristotelis iuxta indicem qui habetur in fine.





...unus agenda ... homines na
turaliter ... scire desiderant
... natura omnium autem est sensu
... dilectio preter enim
... utilitatem propter se
... ipsos diliguntur et ma
... xime aliorum qui
... Non enim solum
... ut agamus sed et nichil agere deben
tes ipsum videre pre omnibus ut di
cam aliis eligimus. Causa autem
est quia hic maxime sensuum cognoscere
nos facit et multas differencias demon
strat. Animalia quidem igitur natura sen
sum habencia fiunt. Ex sensu autem quorundam memoria non
insit quibusdam vero sit. Et propter hoc ista
alia quidem prudencia sunt alia vero
disciplinabiliora non potentibus me
morari. Prudencia quidem sunt sine
addiscere quecumque sonos audire non
potencia sunt ut apis et utique si aliquod
aliud genus animalium huiusmodi est. Addiscunt
autem quecumque cum memoria et hunc habent
sensum. Alia quidem igitur ymaginacio
nibus et memoriis vivunt. Experimenti
autem parum participant. Hominum autem
genus arte et racionibus. Fit autem
ex memoria hominibus experimentum.
Eiusdem namque rei multe memorie v
nius experiencie potenciam faciunt.
Et fere videtur sciencie et arti simile experimentum
esse. Hominibus autem sciencia et ars per
experiam evenit. Experiencia quidem enim
artem fecit. Sicut ait Polus recte
dicens sed inexperiencia casum. Fit
autem ars cum multis experimentali
bus conceptionibus una fit universalis et de
similibus acceptio. Acceptionem quidem
enim aliquam habere quia Callie et Socra
ti hac egritudine laborantibus
hoc contulit et ita multis singularium ex
perimenti est. Quod autem omnibus huiusmodi secundum autem
unam speciem determinatis hac egritudine
laborantibus contulit ut fleumaticis
aut colericis aut estu febricitantibus
artis est. Ad agere quidem igitur experiencia
nichil ab arte differre videtur. Sed et expertos
magis proficere videmus sine experiencia racionem
habentibus. Causa autem est quia experiencia
quidem singularium est cognitio, ars vero
universalium. Actus autem et omnes generaciones
circa singulare sunt. Non enim hominem me
dicans sanat nisi secundum accidens. Sed
Calliam aut Socratem aut aliquem
sic dictorum cui esse hominem accidit. Si igitur sine experi
mento sine quis racionem habeat et universale
quidem cognoscat in hoc autem singulare
ignoret multociens quidem curacione pec
cabit. Singulare namque magis
curabile est. Sed tamen scire et intelligere
magis arti quam experimento esse arbi
tramur. Et artifices expertis sapien
ciores esse opinamur. Aliud autem tamquam
secundum id quod est scire magis omne se
quatur sapiencia. Tamquam magis secundum
scire sapiencia omnibus sequatur. Hoc autem
est quia hii quidem causam sciunt isti vero non.
Experti quidem enim ipsum quia sciunt. Sed propter quid
nesciunt. Hii autem et propter quid et causam
cognoscunt. Unde et architectores circa
quodlibet honorabiliores et magis sci
re manu artificibus putamus et
sapienciores quia factorum causas sci
unt. Illi vero sicut quedam inanima
torum faciunt quidem non scientes autem
faciunt que faciunt ut ignis exurit.
Inanimata igitur quidem natura quadam
unumquodque horum facere sed manu ar
tifices propter consuetudinem tamquam
non secundum practicos esse sapienciores
sint sed secundum quidem racionem habent ipsi et
causas cognoscunt. Et totaliter sci

entis signum est posse docere et ob hoc artem
magis experimento scientiam esse existima
mus. possunt enim hii, et hii autem docere
non possunt. Amplius autem sensuum
nullum sapientiam esse ponimus
cum tamen hii singularium cognitiones
maxime proprie sint, sed propter quid de nullo
dicunt, ut propter quid ignis calidus, sed
quia calidus solum. Siquidem primum quidem
igitur verisimile est quamcumque artem invenientem
ultra communes sensus ab hominibus
mirari, non solum propter aliquam
inventorum utilitatem, sed sicut sapien
tem et ab hiis aliis differentem. Plu
ribus autem repertis artibus, et aliis
quidem ad necessaria, aliis vero ad intro
ductionem existentibus, semper tales illis
sapientiores esse arbitrandum est prop
ter quod illorum scientie ad usum non sunt.
Unde iam omnibus talibus institutis, que
non ad voluptatem neque ad necessita
tem scientiarum reperte sunt, et primum
in hiis locis ubi vacabant. Unde circa
egyptum mathematice artes primum consti
tute sunt. Ibi namque gens sacerdotum
vacare dimissa fuit. In moralibus
quidem igitur que sit artis et scientie differentia
et similium generum dictum est. Cuius
autem gratia nunc sermonem facimus
hoc est quod nominatam sapientiam esse pri
mas causas et principia existimant
omnes. Quare sicut dictum est prius
expertus quidem quibuscumque sensum haben
tibus sapientior esse videtur, artifex vero
expertis, architector autem manu
artifice, speculative autem magis
activis. Quod quidem igitur sapientia et circa
quasdam causas et principia sit
scientia manifestum est. Quoniam autem scientiam
hanc querimus, esse quales causas
et circa qualia principia scientia sapientia sit
hoc utique erit manifestum. Si itaque

incipiat aliquis ex[illegible]
piente hinc fo[illegible]
manifestius fiet [illegible]
sapientem omnia [illegible]
contingit acceptum [illegible]
scientiam eorum habentem [illegible]
lia cognoscere po[illegible]
hominibus noscere hic de [illegible]
Sentire enim omnium [illegible]
cile et non sophon. [illegible]
et magis causas docentem sapientem
esse omnem scientiam et scientiarum autem
eam que sui ipsius causa et sciendi gra
tia eligibilis est magis est sapientia
quam que eventuum gratia. Et prin
cipaliorem subministrante magis
esse sapientiam. Non enim ordinari sed sapi
entem ordinare oportet, nec hunc alio
sed ab hoc minus sapientem suadendum. Ta
les quidem igitur existimationes et tot de sa
pientia et sapientibus habemus. Horum autem
hoc quidem omnia scire universalem scientiam ma
xime habenti inesse necesse est; hic enim no
vit omnia aliqualiter subiecta. Fere
autem et difficillima sunt hominibus
ad cognoscendum que maxime sunt
universalia; plurimum namque a sensibus sunt remotis
sima. Scientiarum vero certissime sunt
que maxime primorum sunt. Nam que
sunt ex paucioribus certiores sunt ex
additione dictis, ut arismetica
geometria. At vero et doctrina
que causarum est speculativa magis;
namque hii docent qui causas de
singulis dicunt. Et noscere et scire
sui gratia maxime inest ei que ma
xime scibilis scientie. Nam qui scire
propter se desiderant ipsam maxime scientiam
maxime desiderabit. Talis autem est que
maxime scibilis. Maxime autem scibilia
et prima et cause; nam propter hec et ex
hiis alia dignoscuntur, sed non hec per

subiecta. Maxime vero principalis
scientiarum et magis principalis sub-
serviente que cognoscit cuius causa
sunt agenda singula. Hoc autem est bonum
uniuscuiusque. Totaliter autem optimum
in natura omni. Ex omnibus igitur que
dicta sunt in eandem cadit scientiam quesi-
tum nomen. Oportet enim hanc primorum
principiorum et causarum esse speculativam.
Et enim bonum et quod cuius gratia una causarum
est aliqua. Quia vero non activa
palam ex primum philosophantibus. Propter
admirari enim homines et nunc et primum
inceperunt philosophari. A principio quidem prom-
ptiora dubitabilium mirantes. deinde
paulatim sic procedentes et de maio-
ribus dubitantes. ut de lune pas-
sionibus et de hiis que circa solem et
astra et de universi generatione. Qui vero
dubitat et admiratur ignorare
videtur. Quare et philomites philosophus ali-
qualiter est. fabula namque ex miris con-
stituitur. Quare si ad ignoranciam
effugiendam philosophati sunt palam
quia propter scire studere persecuti sunt et non
usus alicuius causa. Testatur autem
ipsum quod accidit. Fere namque cunctis existen-
tibus que sunt necessariorum et ad volup-
tatem et ad productionem talis pru-
dencia inquiri cepit. Palam igitur
quia propter nullam ipsam querimus aliam
necessitatem. Sed ut dicimus homo liber qui
sui et non alterius causa propter quod et
iuste sic et hec sola libera est scientiarum.
Sola namque hec sui met causa est. Propter quod
iuste non humana putetur eius
possessio. Multipliciter namque hominum natura serva est.
quare secundum Symonidem solus quidem
deus hunc habet honorem. Virum vero
non dignum non querere que secundum se
est scientiam. Si autem dicunt illi quid
poete. quia divinum natum est invide-

re. in hoc contingere maxime videtur simile et infortu-
natos omnes superfluos esse. Sed nec
divinum invidum esse convenit. Sed secundum pro-
verbium multa mentiuntur poete. Nec
tali aliam honorabiliorem oportet exi-
stimare. Nam maxime divina et maxime
honoranda. Talis autem dupliciter utique
erit solum. Quam enim maxime deus
habet dea scientiarum est. et utique si qua sit di-
vinorum. Sola autem ista ambo hec sor-
tita est. Deus enim videtur causarum omnibus
esse et principium quoddam. Talem autem so-
lus aut maxime deus habet. Necessariores
quidem igitur omnes ipsa. dignior vero nulla.
Oportet tamen aliqualiter constituere ordinem
ipsius ad contrarium nobis earum que a principio
questionum. Incipiunt quidem enim ut dixi-
mus omnes admirari si ita habent. quemad-
modum automata mirorum speculantibus causam
aut circa solis conversiones aut dyametri
incommensurabilitatem. Mirum enim videtur esse
omnibus si quid non minimo non mensu-
ratur. Oportet autem in contrarium et ad dignius
secundum proverbium consummare quemadmodum et in hiis
cum didicerint. Nichil enim ita mirabitur vir
geometricus quam si dyameter com-
mensurabilis fiat. Que quidem igitur sit na-
tura scientie quesite dictum est et que sit intentio
quam oportet adipisci questionem et totam methodum.

Quoniam autem manifestum quia causarum
que a principio causarum oportet sumere
scientiam. Tunc enim scire dicimus unumquodque quando
primam causam cognoscere putamus.
Cause vero quadrupliciter dicuntur. quarum unam
quidem causam dicimus esse substantiam et quod quid e-
rat esse. Reducitur enim ipsum propter quid
primum ad rationem ultimam. Causa autem
et principium ipsum propter quid primum. Unam vero
materiam et subiectum. Tertiam autem unde principium
motus. Quartam vero causam ei oppositam
et quod est cuius causa et bonum. Finis
enim generationis et motus omnis hoc est.

sufficienter quidem de hiis speculatum
est in hiis que de natura. Acci-
piamus tamen et nobis priores ad
entium perscrutationem venientes et de
veritate philosophantes. Palam enim quia et
dicunt illi principia quedam et causas.
Supervenientibus quidem igitur erit aliquid pre
opere methodo que nunc. Aut enim al-
iquod cause genus inveniemus aut
modo dictis magis credemus. Primorum
igitur philosophantium plurimi solas eas que
in materie specie putaverunt omnium esse principia.
Ex quo enim sunt omnia entia
et ex quo fiunt primo et in quod corrumpuntur
ultimo, substantia quidem manente passio-
nibus vero mutata, hoc elementum et hoc
principium dicunt esse eorum que sunt.
Et propter hoc nec generari nichil putant nec
corrumpi, quasi tali natura quando deperdit
habitus istos, propter ea quod subiectum mane-
at Socrates ipse. Sic nec aliorum nichil.
Oportet enim esse aliquam naturam aut unam
aut plures, unde ex quibus fiunt alia,
illa conservata. Pluralitatem tamen et
speciem talis principii non idem omnes
dicunt. Sed Thales quidem talis sed philosophie
princeps aquam ait esse. Unde et
terram esse super aquam asserebat, forsan
opinionem hanc accipiens quia omnium
nutrimentum humidum videbat esse et ipsum
calidum et ex hoc fieri et ab hoc vivere. Ex
quo fit vero hoc est principium omnium. Propter
hoc igitur eam est accipiens existimationem
et quia omnium spermata naturam
habent humidam; aqua vero nature principium
est humidis. Sunt autem aliqui
qui antiquiores et multum ante eam
que nunc est generationem et primo theolo-
gizantes sic putant de natura
existimasse. Occeanum enim et Thetim
generationis parentes fecerunt, iuramentum
deorum aquam Stigem ab ipsis po-
etis vocatam. Honorabilius enim quod
antiquius, iuramentum autem quod honorabi-
lius. Si quidem igitur antiquior aliqua
ista et senior fuit de natura opi-
nio, forsan utique incertum erit. Et
Thales quidem secundum hunc modum pronunti-
asse dicitur de prima causa. Ypo-
nem quidem enim omnino non utique aliquis
dignificabit ponere cum hiis propter
sui intellectus vilitatem. Anaximenes
autem et Diogenes aerem priorem aqua
et maxime principium simplicium
corporum ponunt. Ypassus autem Me-
tapontinus et Eraclitus Ephesius ig-
nem. Empedocles vero quattuor, ad
dictis addens terram quartum. Ea namque dixit
semper manere et non fieri nisi pluralitate et
paucitate, congregata et disgregata in
unum et ex uno. Anaxagoras vero Cla-
zomenius, isto quidem etate prior, factis
vero posterior, infinita dixit esse princi-
pia. Fere enim omnia partium consimilium ut i-
gnem aut aquam ita generari et
corrumpi ait congregatione et disgregatione
solum, aliter autem nec generari nec cor-
rumpi sed permanere sempiterna. Ex
hiis quidem igitur solam quis causam in-
telliget eam que in materie specie dicitur.
Procedentibus autem sic, res ipsa viam
sibi fecit et querere coegit. Si
enim quam maxime omnis corruptio et
generatio ex aliquo uno aut pluribus,
quare hoc accidit et que causa? Non
enim utique facit ipsum subiectum trans-
mutare se ipsum. Dico autem velu-
ti nec lignum nec es alterutrum ipsorum
permutandi est causa, nec enim lignum
facit lectum nec es statuam, sed aliud
aliquod mutationis est causa. Hoc autem que-
rere est ut si nos dicamus, unde principium
motus. Qui igitur omnino qui tale a principio
viam tetigerunt et unum esse subiectum

semper conservata sicut nec Socratem dicimus fieri simpliciter cum fit bonus aut musicus nec corrumpi [illegible]

dixerunt. nichil difficultatis sibi et fecerunt. Quidam quidem unum omne dicentium. qui ab ea questione devicti ipsum unum immobile dicunt esse et naturam totam non solum secundum generationem et corruptionem. hoc etenim antiquum est et quod omnes esse confessi sunt. verum et secundum aliam mutationem omnem et hoc eorum est proprium. unum quidem solum dicentium ipsum esse nulli talem intelligere causam contingit nisi forte parmenidi huic intantum quod non solum unum sed et duas aliqualiter ponit esse causas. pluribus vero facientibus magis contingit dicere ut ipsum calidum et frigidum. aut ignem et terram utuntur enim quasi motivam habente natura igne aqua vero et terra et huiusmodi econtrario. Post hos autem et talia principia tamquam non sufficientibus existentibus generare naturam iterum ab ipsa veritate velut a[illegible] coacti.

Quod dictum est quesierunt principium sequens. nam bene et bonum hoc quidem eorum que sunt habere illa vero fieri forsan nec ignem nec terram nec aliud talium nichil neque verisimile est eam esse neque illos putasse existimare. neque iterum ipsi casui et fortune tantam committere rem bene habet. Intellectum autem dicens aliquis inesse quemadmodum in animalibus et in natura causam mundi et ordinis totius videtur apparuit prudens priores omnia preter existimans dicentes. Palam quidem igitur anaxagoram scimus hos sermones tetigisse. prius autem causam habuit hermotimus clazomenius. Quidam ergo sic opinantes simul ipsius bene causam principium existentium esse posuerunt et tale unde motus existentibus inest.

Suspicabitur autem utique aliquis quesivisse hesiodum et utique si quis alius amorem aut desiderium in existentibus quasi principium posuisset ut parmenides et enim hic temptans monstrare universi generationem. primum quidem ait deorum amorem fore providentem omnibus. hesiodus vero omnium primum chaos fuisse. deinde terram latam et amorem qui omnia condecet immortalia. quasi necessarium sit in existentibus esse causam que res ipsas moveat et congreget. Hos igitur quo oporteat distribuere de hoc quis primus liceat iudicare posterius. Quoniam autem et contraria bonis inesse videbantur in natura et non solum ordo et bonum sed et inordinatio et turpe et plura mala melioribus. et prava bonis. sic alter aliquis amorem induxit et litem singula singulorum causam horum. si quis enim assequatur et accipiat ad intellectum et non ad que balbutiat dicens empedocles. Inveniet amorem quidem causam esse agathorum litem vero malorum. quare si quis dixerit quodammodo dicere et primum dicere empedoclem bonum et malum principia forsan bene diceret si bonorum omnium ei bonum est causa malorum malum. Isti quidem igitur sicut diximus et usque ad hoc duas causas tetigerunt quas in physicis determinavimus. materiam et id unde motus obscure quidem et non manifeste. sed qualiter in bellis ineruditi faciunt. et enim illi circumducti sepe bonas plagas faciunt. at nec illi ex scientia. nec isti sunt assimilati scientibus dicere quod dicunt hiis et ei fere usi sunt nil nisi parum. Anaxagoras namque artificialiter ad mundi generationem utitur intellectu. Et quando dubitat quam ob causam ex necessitate est tunc attrahit ipsum. In aliis vero omnia magis causatur eorum que fiunt quam intellectum. Et empedocles plus quidem hiis utitur causis. sed tamen nec sufficienter in hiis invenitur quod confessum est. multis quidem in locis apud ipsum amor disgregat. lis autem congregat. Quando namque

hermotimus

esiodus primus

in elementa quod ipsum esse alterius distribui
tale ignis in unum et aliorum elementorum
singulas contrariatur. Cum autem iterum in
unum ab amore conveniunt necesse
rursum ut ex singulis particule segre
gantur. Empedocles quidem igitur preter
priores primus hanc causam dividens
induxit, non unum faciens motus princi
pium sed diversa et contraria. Amplius autem que
in materie specie dicuntur elementa quattuor primus dixit
non tamen utitur quattuor sed ut duobus e
xistentibus solum igne quidem secundum se op
positis vero quasi una natura et terra et aere et
aqua. Sumet autem utique aliquis id spe
culans ex verbis. Hic quidem igitur sicut
diximus sic et tot dixit principia. Leu
cippus vero et collega eius Democritus
elementa quidem plenum et inane dicunt esse
dicentes velud hoc quidem ens inane
quidem vero non ens. Horum autem plenum
quidem et solidum ens inane vero non ens
propter quod et nichil magis ens non ente esse
dicunt quia nec vacuum corpore. Causas autem
entium hec ut materiam. Et
quemadmodum unum facientes subiectam
substantiam alia passionibus eius generant
rarum et spissum principia passionum
ponentes. Eodem modo et hii differentias
causas aliorum esse dicunt. Has vero
tres dicunt esse figuram et ordinem et
positionem. Differre namque aiunt ens rismo et
dyathigi et tropi solum. Horum autem
rismos figura est et dyathigi ordo et
tropi positio. Differt autem a quidem ab n figu
ra, an vero a na ordine, z autem ab n
positione. De motu vero unde aut quomodo
inest existentibus et hii aliis et similiter ne
gligenter dimiserunt. De duabus
quidem igitur causis ut diximus in tantum vi
detur quesitum esse prius.

In hiis autem et ante hos vocati py
thagorici mathematica tangentes

primum ea produxerunt et in hiis nutri
ti horum principia omnium esse putaverunt.
Horum et quoniam numeri natura non sunt prima
et numeris videbantur multas speculari
similitudines existentibus et magis quam
in igne et aqua et terra, quia talis quidem
numerorum passio iustitia, talis autem anima
et intellectus, alia vero tempus et aliorum
ut est dicere unumquodque similiter. Amplius autem
et armonias in numeris speculantes
passiones et rationes quoniam et alia quidem
numeris videbantur secundum naturam omnem videbantur
assimilata esse, numeri autem omnis nature primi,
elementa numerorum existimaverunt elementa entium omnium esse
existimaverunt et totum celum et armo
niam esse et numerum et quecumque habebant
confessa monstrare et in numeris et in armo
niis ad celi passiones et partes et
ad ornatum totum hec colligen
tes adaptabant et si quid alicubi
deficiebat adnectebant ut ipsis
totum negotium esset connexum. Dico
autem puta quoniam perfectus denarius esse
videtur et omnem comprehendere numerorum naturam et
que secundum celum feruntur decem quidem esse
dicunt. Solum autem nonem manere
existentibus manifestis ideo antictha
nam decimam faciunt. De hiis autem
certius est in aliis a nobis determinatum. Sed
autem quod gratia sumemus hec ut acci
piamus et de hiis que ponunt esse principia
et quomodo in dictas cadunt causas.
Videntur igitur et hii numerum putare principium
esse et quasi materiam existentibus et quasi pas
siones et habitus. Numeri vero elementa par et im
par, aut horum hoc quidem finitum, illud vero in
finitum. Aliud vero unum autem ex hiis utrisque
esse et namque par esse et impar. Numerum vero ex
uno. Numeros autem sicut dictum est totum
celum. Eorundem autem alii decem di
cunt esse principia secundum coelementationem
dicta finitum et infinitum, impar et par

unum pluralitatem dextrum sinistrum masculi-
num et femininum quiescens motum
rectum curvum lucem tenebras bonum
malum quadrangulare longius altera
parte. Quemadmodum autem Almeon Crotoniates
suscipere videtur, et aut hic ab illis aut illi ab
hoc hunc sermonem acceperunt. Et
enim fuit etate Almeon sene exi-
stente Pictagora. Enuntiavit vero consimili-
ter his. Ait enim esse duo multa
humanorum dicens contrarietates non
sicut hii determinatas sed quaslibet
ut album nigrum dulce amarum
bonum malum magnum parvum. Hic quidem
indeterminate proiecit de ceteris. Pictagori-
ci vero et quot et que contrarietates e-
nuntiaverunt. Ab hiis quidem igitur ambobus tantum
est accipere quia contraria sunt existentium principia.
Quot vero ab aliis et que hec sunt
qualiter autem ad dictas causas contingit addu-
cere plane quidem non est dearticula-
tum ab illis. Videntur autem ut in materie specie elementa
ordinare. Ex hiis ut existentibus
constitui et plasmari dicunt substantiam.
Antiquorum quidem igitur et elementa plura
dicentium ex hiis sufficiens est intelligere
speculari. Sunt autem aliqui qui de
omni quasi una existente natura enuntiaverunt,
modo vero non eodem omnes nec ipsius bene nec
ipsius secundum naturam. Ad presentem
quidem igitur causarum perscrutationem nullatenus con-
gruit de ipsis sermo. Non
enim ut quidam physiologorum quidam qui
unum posuerunt ipsum ens tamen generant
quasi ex materia ex uno, sed alio modo hii in.
Illi namque motum apponunt ipsum ge-
nerantes esse, hii vero immobile dicunt
esse. Attamen tantum congruens est presenti speculatio-
ni. Parmenides quidem enim videtur unum
secundum rationem tangere, Melissus vero
ipsum secundum materiam. Quare et hic quidem finitum
ille vero infinitum id ait esse. Xenop-
hanes non primum horum unum dixit, Parme-
nides namque qui huius dicitur discipulus nichil
explanavit, nec de natura horum
neutrius visus est tangere, sed ad to-
tum celum respiciens ipsum unum
dixit esse deum. Hii quidem igitur sicut diximus
permittendi sunt ad presentem inquisi-
tionem. Duo quidem et penitus quidem
tamquam existentes parum agrestiores
Xenophanes et Melissus. Parmeni-
des autem magis videns visus
est dicere. Preter ens enim non ens nil
dignatus esse ex necessitate ens opi-
natur unum esse et aliud nichil, de quo
manifestius in physicis diximus.
Coactus vero apparentia sequi et unum
quidem secundum rationem, plura autem secundum sensum
opinans esse duas causas et duo
principia rursus ponit calidum et
frigidum ut ignem et terram dicens. Ho-
rum autem quidem secundum ens cali-
dum ordinat, alterum vero secundum non ens.
Ex dictis quidem igitur et de ratione consedenti-
bus iam sapientibus hec accepimus,
a primis quidem principium esse corporeum, a-
qua namque et ignis et alia similia
corpora sunt, et ab his quidem unum
ab illis vero plura principia corporea utrisque
tamen hec ut in materie specie ponentibus, a quibusdam
vero hanc causam ponentibus
et cum hac illam unde motus et hanc
ab his quidem unam ab illis vero duas.
Usque ad Ytalicos et absque illis me-
diocrius dixerunt alii de ipsis. At-
tamen ut diximus duabus sunt causis
usi et harum alteram unde motus hii quidem unam
illi vero duas faciunt illam unde mo-
tus. Pictagorici vero duo quidem
principia dixerunt, hoc autem addiderunt quod et proprium eorum
est quia finitum et infinitum non alias
quasdam putaverunt esse naturas ut
ignem aut terram aut aliquid

hoc eidem modo unum autem addiderunt

c. unum ipsum

tale sed infinitum ipsum bonum esse dicunt
de quibus principiis tantum. quapropter et naturam
esse substantiam omnium. De his quidem igitur hunc
enunciaverunt modum et de eo quod quid
est dicere ceperunt et diffinire valde autem
simpliciter tractaverunt. superficialiter enim
diffinierunt et cui primo inerat dictus
terminus hoc esse substantiam rei putaverunt ut si
quis existimet idem esse duplum et du-
alitatem eo quod primo inest duobus du-
plum. sed forte duplo et dualitati
non idem est esse. si autem non multa
ipsum unum erit quod contingit de pri-
oribus quidem igitur et aliis tot est accipere.

Post dictas vero philosophias Platonis
supervenit negotium in multis quidem
hos sequens alia vero et propria preter Ytali-
corum philosophiam habens. Etenim ex novo
consentiens Cratilo et Eraclitis opinionibus
quasi sensibilibus omnibus semper defluen-
tibus et scientia de his eis non existen-
te hec quidem et posterius ita suscepit. So-
crate vero de moralia negociante
et de tota natura nichil in hiis tamen
universale querente et de diffinitionibus primo intellec-
tum firmante illum suscipiens propter tale
putavit. quod de aliis hoc factum et non de
sensibilium aliquo impossibile namque communem
rationem esse alicui sensibilium semper transmu-
tantium. Hic itaque talia quidem entium
ydeas et species appellavit. sensibilia
vero preter hec et secundum hec dici omnia. Secundum
participationem enim esse multa univoco-
rum speciebus. participationem vero solum nomine
transmutavit. pictagorici quidem enim
existentia dicunt esse numerorum imitatione.
Plato vero participatione nomine transmu-
tans. participationem tamen aut imita-
tionem que sit utique specierum dimise-
runt in commune querere. Amplius et preter
sensibilia et species mathematica rerum in-
termedia dicit esse differentia a sen-

sibilibus quod sempiterna sunt
et immobilia. a speciebus autem eo quod hec
quidem multa quedam similia sunt species
autem ipsum unum unaquaque solum.

Quoniam autem species cause sunt aliis
illarum elementa omnium putavit entium
elementa esse. ut quidem igitur materiam
magnum et parvum esse principia. ut
autem substantiam unum. ex illis enim secundum partici-
pationem unius species esse numeros. unum tamen
substantiam et non aliquid aliud ens dici u-
num similiter pictagoricis dixit. Et numeros
esse causas aliis substantie similiter ut illi. pro infinito
autem ut uno dualitatem facere et
infinitum ex magno et parvo hoc proprium.
Amplius hic quidem numeros preter sensibilia
illi vero numeros esse dicunt res ipsas et
mathematica intermedia horum non po-
nunt. Unum quidem igitur et numeros preter
res facere et non ut pictagorici et specierum
introductio propter eam que in omnibus ar-
tibus perscrutationem evenit. prio-
res enim dialetica non participaverunt.
Dualitatem autem facere alteram naturam
quoniam numeri extra primos sunt ex ea ge-
nerantur velud ex aliquo ectimagio.
et quidem contrario contingit. non enim rationale
ita. Hii nunc quidem enim ex materia multa
faciunt species vero semel generat solum.
Videtur autem ex una materia una mensa
speciem autem que inducit unus existens
multas facit. similiter quoque se habet mas-
culus ad feminam. hec quidem enim ab uno imple-
tur coitu. masculus vero multas im-
plet. Quamvis hec imitationes principiorum
illorum sunt. Plato quidem igitur de que-
sitis ita diffinit. Palam autem
ex dictis quod duabus causis solum est
usus ipsa que est eius quod quid est
et ipsa materia species enim eius quod quid est
cause sunt aliis speciebus vero unum
et que materia subiecta de qua species

h quinq in sensibilibz hec aut insensib
vnu vo in sensibus dz q h dualitas
tas magnu z puu. Emp vero
et male cam dedit eis singu
lis singlam q mag dico prior inves
tigare quosda phor ut empe
doclem z anaxagoram. Hee
vero g z capitulant. tal qui
z quodam modo de pncipiis z vni
tate dixint pcelsium. attam
ab eis tam hmoz q dicentium
de pno et causa nisi spera q
sunt i phicas a nob determinata dix
sz omis tenunt quid vnm .n. illa
tangere aliqualir sbm quid ut
materiam pncipium dixit. Siue una
sive ples supponant z sive corpus
siue in corpea ponant ut plo quid
magnu z puu dicens. ytalici
vo infinitu. Et empedocles ig
nem z terram z aquam z aere. anax
aut silium pcium infinitate. hmi
tem omis cam talem sunt tan
gentes. Et amp quinq aut
aerem aut ignem aut aquam
aut igne spissius aere aut sub
tilius. z .n. qdam tale pmu es
dixunt. hm quid g hanc cam
solum tetigunt. Alii vo quid
vnum pncipium motus ut quicq a
miciciam z litem z intellectum aut a
morem pncipium faciunt. Quod aut
quid erat esse z sbam plane nullus
tradidit. Maxime aut qui species pont
dicit. ne .n. ut materiam sensibilib
species z que in specieb. Sed ut hinc
pncipium motus puenies existiant
sed immobilitatis .n. cas mag z
eius q e inquiete ee dicunt sz
q quod erat ee aliorum singlis spes
prant. speb ar vnu. Cuius vo ca
actus et transmutationes z motus m

quod dicunt cam. Sic vero no dicunt nz
q vere natum ee. sbam intellectum quid
dicentes aut amiciciam ut bonum quid
has ponunt cas no tam ut gra hor
aut extris aut sdm ad eveniu sz ut
ab hiis horum ee motum dicunt. similr
aut z vnum aut ens dicentes aliquod
ee talem naturam. sbe quidem cam
dicunt ee no tam hnis ca aut ee aut
fieri. q accidit dicere z no dicere aliqualir. accidit
eis g recte determinatum e aut bonum cam
no tam simplir sz accns dicunt. Quod quod
g recte determinatum e de causis z quot z
que testionium nob prebe vntur hn
omis aliam cam tangere no va
lentes ad h aut q querenda sunt
pncipia aut sic oia aut hoc aliquo
palam. quo z horum vnusquisqz dixit
et quo hnt de pncipiis contingentes
aut dubitationes post h pertranseamus de

Quicumqz quid g vnum Capitis
omne ee z unam quandam ee natam
vo materiam ponunt et eam corpeam
z magnitudinem hntem palam q
multiplr delinquit. Corporum .n. elementa po
nunt solum. incorporum vo no existentib
et incorpis. De generatione quoqz z cor
ruptione cam dicere conantes et
de oibz physice tractantes motus cam
auferunt. Amp aut etiam nullius
ponere cam. nec quod quid e z ad h facil
le ee quoqz simplicium corporum ex
cepta terra no considerantes eam que
invicem generationem aliqualir faciunt
Dico aut ignem z aquam z terram
et aerem. h quidem .n. congregatione
illa vo disgregatione ex adinvicem
fiunt. h aut ad prius ee z ad posterius
plurimum differt. aliqualir .n. utiqz vi
debitur maxime elementale ee omni ex quo
primo fit ex congregatione. Tale vo e q
minutissime ptis et subtilissimum

est corporum minimum quorum posuit ignem principium
maxime consequenter esse rationem hunc dicit. Tale vero
et aliorum unusquisque confitetur elementum esse quod corporum.
Nullus enim posteriorum et unum dicentium terram
elementum esse voluit, palam quia propter magni-
tudinem partialitatis; quot autem trium
elementorum iudicem quendam accepit. Hii namque
ignem, illi vero aquam, alii aerem hoc esse
dicunt. Sed quare non terram dicunt quemadmodum
hominum multi? Omnia namque terram esse dicunt.
Dicit autem et Esiodus terram primam corporum fac-
tam esse. Sic enim antiquam et popularem
contingit existimationem esse. Secundum hanc
igitur rationem nec si quis horum aliquid dicit preter
ignem, nec si quis aere quidem spissius,
hoc ponit, aqua vero subtilius, non recte utique
dicet. Si vero est quod generatione posterius na-
tura prius, et quod est digestum et concretum posterius
generatione, hoc utique erit contrarium, aqua quidem
aere prior et terra aqua. De ponentibus quidem
igitur unam causam qualem diximus sint hec
dicta. Idem autem et si quis hec plura ponit,
velud Empedocles quatuor dicit esse corpora materiam;
et enim huic hec quidem eadem illa, hec vero propria
accidere necesse. Ex adinvicem enim ge-
nerata videmus quasi non semper igne et terra
eodem corpore permanente. Dictum est autem de
eis in physicis. Et de movencium causa utrum
unam aut plura ponendum, recte nec irratio-
nabiliter putandum est omnino dictum esse. Et
ex toto alterationem auferri est necesse sic
dicentibus. Non enim ex calido frigidum nec ex
frigido calidum erit. Quid enim hec paciet contra-
ria, et que est una natura que fit
ignis et aqua, quod ille non dicit. Ana-
xagoram vero si quis suscepit elementa duo
dicere susapiat maxime secundum rationem, quam
ille quidem non dearticulavit, consequetur est
enim ex necessitate dicentes eam. Nam
absurdum existente et aliter dicere permixta esse
a principio omnia, et quia oportet accidere quod impermixta
preexistant, et quia non aptum

est cuilibet permisceri quod libet. Ad hec
autem quia passiones et accidentia separarentur
a substantiis. Eorundem enim permixtio et separa-
tio est. Tamen si quis consequens dearticularet
que vult dicere, forsan appareret mi-
rabilius dicens. Quando namque nichil
erat discretum, palam quia nichil erat
verum dicere de substantia illa, dico vero quia nec
album nec nigrum aut fuscum
aut alium colorem, sed non colorata
erat ex necessitate. Horum enim colorum
aliquem haberet. Similiter autem et sine sapo-
re eadem hac ratione, nec aliud simile nichil;
nec enim quale aliquid possibile esse nec quantum
nec quid. Aliqua enim dictarum in parte specierum
inesset utique ei. Sed hoc impossibile permixtis
omnibus: iam enim discreta essent. Dicit autem permix-
ta esse cuncta omnia preter intellectum.
Hunc autem impermixtum solum et pu-
rum. Et his utique accidit ei dicere
principia ipsum unum, hoc enim simpliciter et
impermixtum, et alterum quod determinetur et quando
specie participet. Quare dicit quidem nec recte
nec plane, vult tamen aliquid simile po-
sterius dicentibus et nunc apparentibus magis.
Sed hii quidem huic qui circa generationem
et corruptionem et motum pro-
prii sunt solum. Fere namque circa talem
substantiam principia et causas querunt solum. Quo-
cumque vero de omnibus existentibus faciunt theo-
riam, existencium autem hec quidem sensibilia
ponunt, palam quia de utrisque generibus
perscrutationem faciunt, propter quod magis
utique immorabitur aliquis de eis quibus bene
aut non bene dicunt ad presentem nobis
propositorum perscrutationem. Pictagorici quidem
igitur vocati principiis et elementis extranee
a physiologis sunt usi. Nam mathematica
existencium sine motu sunt extra ea que
sunt circa astrologiam. Disputant
tamen et tractant omnia de natura. Ge-
nerant enim celum et que circa huius

partes et passiones et operationes accidit
observant et principia et causas in hec
dispensant quasi aliis physiologis con-
sentientes quia ens hoc quod sensibile
est et comprehendit vocatum celum. Causas
vero et principia sicut diximus dicunt sufficien-
cia pertingere usque ad ea que sunt
entium superiora et magis quam de naturalibus ratio-
nibus convenientia. Ex quo tamen modo motus
erit finito et infinito solum suppo-
sitis et pari et impari non dicunt aliquid quo-
modo possibile sit motum et transmutationem neque generationem et
corruptionem esse aut eorum que feruntur
opera circa celum. Amplius autem sive quis det
eis ex eis esse magnitudinem sive hoc osten-
ditur tamen quomodo erunt hec corporum levia
illa vero gravitatem habentia. Ex qui-
bus enim supponunt et dicunt nichil magis
de mathematicis corporibus dicunt quam de sensi-
bilibus. Unde de igne et terra et aliis huiusmodi
corporibus nichil dixerunt sicut nichil de sensibilibus
existimo dicentes proprium. Amplius autem
quomodo oportet accipere causas quidem esse numeri pas-
siones et numerum hec que in celo existunt et
fiunt et ab initio et nunc, numerum vero nullum alium
numerum esse preter numerum hunc ex quo
consistit mundus. Nam cum et hac parte
opinio et ipse sit eis paulum vero desursum aut
subtus iniusticia et discretio aut permix-
tio, demonstrationem autem dicant quia
horum unumquodque numerus est. Accidit enim secundum
hunc locum iam pluralitatem esse con-
stitutarum magnitudinum, quia passiones
hee sequuntur singula loca utrum idem est
hic numerus qui in celo est quem oportet accipere quia
horum unumquodque est aut preter hunc alius.
Plato namque alium ait esse existimat
et esse quidem et ille numeros hec esse et horum
causas sed illos quidem intelligibiles causas
hos vero sensibiles de pictagoricis. Non
igitur dimittatur ad presens sufficit enim
ipsa tangere tantum. Qui vero ydeas pos-
uerunt primum quidem horum existentium accipere
causas querentes alia hiis equalia numero
attulerunt ut si quis numerare volens
paucioribus quidem existentibus putat non
posse, plures vero faciens numeret. Nam
fere equales aut non pauciores hiis
sunt species de quibus querentes causas ab
his ad illas pervenerunt. Secundum unumquodque
enim equivocum aliquid est et preter substantias
aliorum est in multis unum et in hiis et in sempiternis.
Amplius autem secundum quos modos ostendimus
quia sunt species secundum nullum istorum videtur.
Ex quibusdam enim non est necesse fieri sillogismum,
ex quibusdam vero et non quorum puta-
mus horum fiunt species. Quia secundum rationes
eas que ex scientiis species omnium erunt
quorumque sunt scientie et secundum unum in multis
et negationibus et secundum intelligere aliquid
corrupti corruptibilium fantasma
enim aliquod horum est. Amplius certissime
alie quidem eorum que ad aliquid ydeas aliquid fa-
ciunt quorum non dicunt esse per se genus,
alie vero tertium hominem dicunt. Et omnino
que sunt de speciebus rationes auferunt que
magis esse volunt dicentes esse species quam
ipsas ydeas esse. Accidit autem enim dualitatem
non esse primam sed numerum et ad aliquid
ipso quod secundum se et omnia quecumque aliqui de speciebus
opiniones sequentes apposuerunt principiis.
Amplius autem secundum existimationem quidem secundum
quam esse dicunt et ydeas esse non solum erunt substantiarum
species sed multorum et aliorum. Intellectus enim
unus non solum circa substantias sed et de aliis est
et scientie non solum circa substantias sed et de aliis
est et sic non solum sunt ipsius species
sed et aliorum. Accidit autem et mille talia
alia. Secundum vero necessitatem et opinio-
nes de eis si sunt participabiles species
substantiarum necesse ydeas esse solum. Non enim secundum
accidens participantur sed oportet hic unumquodque
participare in quantum non de subiecto dicitur. Di-
co autem ut si quis per se duplo partici-

pat s3 scdm acns accit n. duplo se
pitnu ee qre scla erit spes. hee uero
solu hic signt et l aut quid erit ip
sum ee dre ad pt hmmi in mltis
i si quid eas spes ydeaiu z ptici
pancia ad erit dce. Quid mag
incorruptibilibz dualitatibz mltis
quid s3 sempitns unu z id qm
in hac et aliqua si uo no eas spes
equiocatis erit z sile si quis uocat
hoiem calliam z lignu. nllam il
loru coicate inspiciens. Oima
dubitab ats maxie quid ofimt
spes sempitns ssibiliu aut his
que fiut z corrupitur. n motus
nec trasmutatois nllius sut ca
eis. At uo nec ad sciam mxan
xiliat eis que e aliorum. nec eni
ille horu scba nam in his eent.
nec ad ee cu no insint pticipantib
sic. n. forsan ca uidebr ee album
pmixtu albo s3 h quid id ualde
mobile e qm anaxagoras pus
et eudoxus postius et alii quid
dixrunt facile uz collige mlta
et ipplia ad tale opiom. At li uo
ex spebz sunt alia fm nllm mod
osuetor. Dre u exempla ee z ce
eis alia pticipare uanu loquiu e
et methaphoras dre poeticas.
Quid e q agitur ad ydeas res
piciens. Contig z ee et fi sile
qualz z no assilatu ad illud quare
et existte sociate z no sociate exi
stente fiet qlr socrates. Silr aute
palam q e si sit socrates sepiter
nus erit eiusd exeplaria plaqre
i spes ut hois al z bipes. simlr aut
autoanitropos. Amp aut n solu
ssibiliu spes exeplaria s3 z ipsar
ut genus sper. Quare id erit
exemplar z ymago. Amp uidebr

utrz ipole ee separatu sbam z cui est
sba. Quare quo ydee sbe erunt
existes separatim erunt. In fedro
ne uo sic dicit. q ipsius ee z fi cae
sunt spes. et e existtib spebz cu no
fiut pticipancia si no sit q mo
uit. z mlta alia ut dom z anulus
quor no dins ee spes qre palam
q otingt z alia et ee i fi p tales
causas quales nuc dce. Amp
si sit nuu spes quo cause erunt
utru q alii nui sunt ipsa exnaa
ut h quid nus ho ille uero socra
tes z alius callias. quid g hz sb
cause illi nec. n. si hu quid sut
sempitni illi uo no disfiunt. s3 uo
q rones nuor et h ut simphia
palam q e unu quid quor sut
rones. Si itaq hec macia mani
festa q et ipsi nui aliq rones sut
alius ad aliud. dico si e callias
ro i nuis ignis z tre et aque et
aeris et autoantropos sit nus
quis existes sit no. cu erit ro nus
quorydam et no nus z noiat quis
ppea nus. Amp ex mltis nus
unus ex spebz aut una spes ali
qualr s3 si n ex ipsis s3 ex nus. ex
nus ut i millenario quo se hnt
unitates. sme. n. eiusd spei mlta
igencia accidut sme no eiusd spe
ciei. n ee de sibi inuicem n alie
onis oibz quo nam dulfent
ipassibiles existtes n. n. ronabi
lia h mz intellige osessa. Amp a
aliud ad genus nui facte e nce
ce q sit arismetica z oia i ime
dca al aliquibz simplr ex quibz
sunt pncipia aut qre i medi
eoru que hic et ipsoru erunt. Am
plius unitates que sunt idua
litate utuz e ex aliqua priore

dualitate contrarius impossibile. Amplius
que unum numerus est collectus. Amplius
autem si sunt differentes unitates
oportebit ita dicere quemadmodum et quecumque elemen-
ta. numerorum autem duo dicit et non horum
quibus non esse dicat etiam ut corpus
secundum igneum et terram licet sit commune corpus
ipsum sive non. Nunc autem dicitur quare
uno existente quemadmodum igne et aut aqua
similium particularium si non sit non erit esse nu-
merus palam quia necesse est non unum ipsum esse secundum
est principium multipliciter dicitur ipsum unum aut
non impossibile. Volentes namque substantias ad principia
reducere longitudines quidem ponimus
ex producto et brevi et ex aliquo par-
vo et magno et planum ex lato et
arto. corpus vero ex profundo et humili
contrarius quo sequebit autem solidum linea et
planum. aliud autem genus et latum
et artum et profundum et humile quemadmodum vero
numerus est in eis quia multum et paucum
ab hiis altera palam quia neque alia mathe-
maticorum inerit inferioribus at vero neque genus
profundi latum esset namque planum aliquid corpus.
Amplius puncta ex quo inexistit. Huic
quidem generi igitur et Plato oppugnabat tamquam
existente geometrico dogmati secundum lineae
principium nominabat. hic autem multociens
indivisibiles lineas posuit contrarius ius
necesse enim aliquem terminum esse. Quare ex qua
ratione linea est et punctum est. Omnino autem
sapientia de manifestis causam inquirente
secundum quid pertransimus. nichil enim de causa unde
unum principium est transmutationis. hor-
um vero etiam dicere pugnantes ipsorum
alias quidem substantias esse dicamus. Illarum
et principaliter sicut prius diximus nichil
est vero quemadmodum in sensibilibus videntur exinanita
propter quia omnis intellectus et omnis non fiat
nec huius causam quam in dualis esse unum
principiorum nichil tangimus species secundum facta
est mathematica presentibus physice addicatur

aliorum gratia ea oportet fieri tandem. Amplius
autem etiam subiectam ut materiam
magis mathematicam quis suscipiet et
magis predicatam et differentiam esse etiam et
materiae ut magnum et parvum sicut phi-
siologi aiunt rarum et spissum. primas
subiecti dicentes esse differentias has secundum namque
sunt superhabundantia quaedam et defectio. Et de
motu si quidem haec erunt motus palam
quia movebuntur species. si autem unde venit
tota namque de natura auferetur per scruti-
tatio. Et quod videtur esse facile monstrare
quod unum omnia non secundum si aliquod genus dat unum
esse secundum autem in quibusdam impossibile. Illam
namque rationem habent neque que sunt post
numeros longitudines et solida nec quo
sunt aut fuerunt sunt neque si aliquam
habent virtutem. secundum neque species possibile esse non enim
sunt numeri nec intermedia sunt. namque ille
mathematica neque corruptibilia. secundum rursum
vero aliquid secundum genus. Et ideo consequens vel
querere etiam non dividentem multipliciter dicta
invenire impossibile est autem sic huic modo
querentes ex quibus sunt elementa. Ex quibus
enim facere aut pati aut ipsum rectum
est accipere secundum si quidem etiam solum esse contin-
git nunc quarere exinanitum omnium elementa aut querere
aut putare habere non est verum. Quo-
modo dico dicet omnium elementa. palam namque quod
non est possibile preexistere cognoscentem
prius sicut namque geometrizare discentem
alia quidem oportet prescire quorum autem est scientia
et de quibus debet discere non prenoscat
Ita et in aliis quare si qua est omnium scientia
ut quidam aiunt nichil utique preexistere
hic cognoscens contrarius sic omnis dis-
ciplina per cognita aut omnia aut qui-
dam aut per demonstrationem aut per diffini-
tiones oportet namque ex quibus est diffinitio prescire et
esse nota similiter autem et que per
inductionem. At vero si existit connatu-
ralem quo lateant habentes potissimam

scientiarum. Similiter autem quomodo aliquis cognoscat
ex quibus est, et quomodo erit manifestum? Etenim
habet dubitationem; ambiget enim aliquis quemadmodum
et circa quasdam sillabas; hii namque zma
ex s et m et a dicunt esse, alii vero quendam
alium sonum dicunt esse et cognitorum nullum.
Amplius autem quorum est sensus, haec quomodo aliquis
non habens sensum cognoscat? quamvis opor-
teret, siquidem omnium sint elementa ex quibus, quemadmodum
composite voces sunt ex elementis propriis. Quod
quidem igitur dictas in physicis causas quaerere videntur
omnes et extra has nullam habemus
dicere, palam ex prius dictis. Sed tenuiter
haec et modo quodam omnes prius dicte sunt,
modo vero quodam nullatenus. Balbucienti
enim visa est prima philosophia de omnibus, velut
nova existens et in principio et primo,
quoniam et Empedocles os dicit esse ratione; hoc autem
est quod quid erat esse et substantia rei. At vero simi-
liter necessarium et carnis et aliorum singulorum
esse rationem aut nichil; propter hoc enim et caro et
os est et aliorum unumquodque et non propter materiam
quam ille dicit ignem et terram et ae-
rem et aquam. Sed haec alio quidem dicente ergo
dicit ex necessitate, manifeste vero non
dixit. De talibus quidem igitur ostensum est
et prius. Quecumque vero de ipsis hiis dubitabit
aliquis, resumamus iterum; nam forsan ex
ipsis habundabimus aliquid ad posteriores
dubitationes.

De veritate theoria sic
quidem difficilis est, sic vero
facilis. Signum autem quod nec
digne nullum adipis-
ci ipsam posse, nec omnes
exortes esse, sed unumquemque aliquid de natura
dicere, et secundum unum quidem aut nichil aut
parum ei immittere, ex omnibus autem coarticula-
tis fieri magnitudinem aliquam. Quare
sicut videtur habere ut proverbialiter dicimus: in fori-
bus quis delinquet? sic quidem
utique erit facilis. Habere autem totum
et partem non posse difficultatem ipsius
ostendit. Forsan autem et difficulta-
te secundum duos existente modos non in rebus
sed in nobis est eius causa. Sicut enim nicticora-
cum oculi ad lucem diei se habent, sic et
anime nostre intellectus ad ea que sunt
omnium naturae manifestissima. Non
solum autem hiis dicere gratiam iustum
est quorum aliquis opinionibus communica-
verit, sed et hiis qui adhuc superficialiter
aliquid enunciaverunt; etenim hii contule-
runt aliquid; nam habitum nostrum pre-
exercitaverunt. Nam si Thimotheus
non fuisset, multam melodiam non habere-
mus; si autem non Phrinis, Thimotheus non
fuisset. Eodem modo et de enunciantibus
veritatem; a quibusdam enim opiniones quas-
dam accepimus, sed alii ut hii forent
causa fuerunt. Recte vero philosophia
veritatis scientia vocari habet. Nam theo-
rice finis est veritas, practice vero opus.
Etenim si quomodo se habet intendunt, non causam
secundum se sed ad aliquid et nunc speculantur
practici. Scimus autem verum non sine causa.
Unumquodque vero maxime ipsum aliorum secundum quod
et aliis inest univocatio, puta ignis
est calidissimus; etenim est causa aliis hic
caloris. Quare et verissimum quod po-
sterioribus est causa ut sint vera. Quapropter
semper existentium principia semper esse verissima
est necesse. est necesse. Non enim quandoque vera, nec illis
causa aliquid est eius, sed illa aliis.
Quare unumquodque sicut se habet ut sit, ita
et ad veritatem.

At vero quod sit principium quoddam
et non infinite cause existentium
neque in directum neque secundum speciem, palam.
Neque enim ut ex materia hoc ex hoc in infinitum pro-
gredi est possibile, velut carnem quidem
ex terra, terram vero ex aere, aerem autem
ex igne, et hoc non stare; nec unde
principium motus, ut hominem ab a

erit motum et hoc a sole solem vero
aliud et huius nullum esse finem. Simili-
ter autem nec id cuius causa est in infini-
tum est possibile ire, quod sanitatis causa ambula-
tio, hoc felicitatis et felicitatem alius
et ita semper aliud alicuius causam esse.
Et in quid erat esse similiter. Mediorum
enim extra que est aliquod ultimum et primum
necesse est esse quod prius est causam ipsorum post
se. Si enim dicere nos oporteat trium
causam quod primum esse dicemus. Non enim
quod est ultimum, nullius enim quod finale est. Sed
nec medium, nam unius. Nichil enim
differt unum aut plura esse, neque infinita
aut finita. Istorum infinitorum non sim-
modo sic et omnino infiniti partes omnes
medie sunt similiter usque ad nunc. Quare
si ex toto nichil est aliquid primum, ex
toto causa nulla est. At vero neque in deorsum
possibile est in infinitum ire ipso sursum habente
principium, ut ex igne quidem aquam,
ex hac vero terram, et ita semper aliquod alterum
genus. Dupliciter enim fit hoc ex hoc, non ut
hoc dicitur post hoc, ut ex isthmiis olimpia,
sed ut aut ex puero mutato vir, aut
ex aqua aer. Sic quidem igitur ex puero fie-
ri virum dicimus quomodo ex eo quod fit quod factum est,
aut ex eo quod perficitur perfectum. Semper
enim est medium, ut esse generationis inter esse et quod fit
existentis, et autem addiscens quod fit
sciens. Et hoc est quod dicitur quia fit ex discente
sciens. Hoc vero ex aere aqua cor-
rupto altero. Propter quod illa quidem non
reflectuntur ad invicem, nec fit ex
viro puer. Non enim fit ex generatione
quod fit, sed est post generationem. Sic enim est
dies ex aurora, quia post hanc. Propter
quod nec aurora ex die. Alia vero reflec-
tuntur. Utroque autem modo est in infinitum ire impos-
sibile. Existentium vero in medio necesse
est finem esse. Ea vero ad invicem
reflectuntur. Alterius enim corruptio

alterius est generatio. Simul autem impossibile primum
sempiternum corrumpi. Quoniam autem non est
infinita generatio in sursum, necesse ex quo
corrupto primo aliquid factum est non sempiternum
esse. Amplius autem et quod est cuius causa finis
est tale, nec quod non alicuius causa, sed alia
illius. Quare si quidem fuerit tale ipsum ul-
timum, non erit infinitum. Si vero nichil
tale, non erit quod cuius causa. Sed quod in-
finitum faciunt latent auferentes
boni naturam. Et nullus conabitur aliquid
facere ad terminum non futurus venire. Ne-
que utique erit intellectus in talibus. Nam
causa alicuius semper facit qui intellectum habet.
Hic enim est terminus. Finis enim terminus est.
Sed nec quod quid erat esse convenit re-
duci ad aliam diffinitionem multipli-
catam ratione. Semper enim que ante est ma-
gis est, et que posterior est non est. Cuius
autem primum non est, nec habitum est. Amplius
scire destruxit qui ita dicit. Non enim
possibile scire prius quam ad individua perve-
niatur. Et cognoscere non est. Que enim
sic sunt infinita quomodo
contingit intelligere? Non enim simile in linea
que secundum divisiones quidem non stat,
intelligere vero non est non statuentem. Propter quod non
enumerabit sectiones qui per infinita pro-
cedit. Sed materiam in eo quod movetur
intelligere necesse. Et infinito nichil est esse.
At vero non infinitum quod est infinito
esse. Sed si infinite essent pluralitate species
causarum, non esset nec ita cognoscere.
Tunc enim scire putamus cum causas
ipsas novimus. Infinitum vero secundum adiec-
tionem non est pertransire in finito. Con-
tingunt autem auditiones secundum consue-
tudines eventibus. Nam ut consuevimus
ita dignamur dici, et que preter ea
non similia videntur sed propter consuetudinem
ignotiora et magis extranea.
Nam consuetum notius. Quanta sit in

[contra]riat quod consuetum est. Leges ostendunt
in quibus fabularia et puerilia magis
quam valent cognitione de eis propter
consuetudinem. Alii vero si non mathematice
quis dicat non recipiunt dicentes, alii
si non exemplariter. Et hii testem induci
dignum ducunt poetam. Et illi quidem omnia
certe, hiis vero flebilis est certitudo aut
propter impotentiam complectendi aut propter micro-
logiam. Habet enim aliquid quod certum est tale
ut quemadmodum in symbolis et sermonibus non liberale
esse quibusdam videtur. Propter quod oportet erudiri
quomodo singula sunt recipienda. Et
absurdum est simul quaerere scientiam
et modum scientiae. Est autem neutrum
facile accipere. Acrologia vero mathematica
non in omnibus est expetenda, sed in non haben-
tibus materiam. Propter quod non physicus est modus.
Omnis enim forsan natura habet mate-
riam. Ideo ergo primum perscrutandum
quid est natura. Ita namque et de quibus
est physica manifestum erit, et si unius scientiae aut
plurium est causas et principia con-
siderare.

III

Necesse est ad quaesitam sci-
entiam nos aggredi
primum de quibus dubita-
re nos primum oportet. Haec autem
sunt quaecumque de ipsis ali-
ter susceperunt quidam, et
si quid extra haec est praetermissum. Inest autem
investigare volentibus prae opere bene du-
bitare. Posterior enim copia et investigatio
priorum sunt solutio dubitatorum. Solvere
autem non est ignorantes vinculum. Sed
mentis dubitatio hoc de re demonstrat. In quantum enim
dubitat, in tantum similiter ligatis passus est.
Impossibile enim utrumque procedere ad quod est ante.
Propter quod difficultates speculari omnes
prius oportet, horum causa et quia quaerentes sine
dubitatione primo similes sunt quo oportet ire
ignorantibus. Et ad haec nec utrum quae-

[pro dubitanti vero manifestus]
situm invenit aut non cognoscere. Finis
enim huic est non manifestus. Amplius
melius necesse est habere ad iudicandum
qui audivit velud adversariorum
et dubitantium omnes rationes. Est
autem dubitatio prima quidem de quibus
in prohemialibus certis dubitavimus, utrum
unius aut multarum est scientiarum causas spe-
culari, et utrum substantiae principia prima est
scientiae videre solum, aut de principiis
de quibus ostendunt omnes, ut utrum
contingit unum et idem simul dicere et ne-
gare aut non, et de aliis talibus. Et si
est circa substantiam utrum una est omnis aut
plures sunt, et si plures utrum omnes
cognatae aut earum hae quidem sapientiae,
illae vero ad aliud dicendae sunt. Et hoc
quidem quoque necessarium est quaerere utrum
sensibiles substantias esse solum dicendum est aut
praeter has aliae, et utrum unum genus sint
aut plura genera substantiarum, non facientes
species et mathematica media ista et sensibilia.
De his ergo ut diximus perscrutandum est,
et utrum circa substantias est solum speculatio aut
et circa quae accidunt per se substantiis est solum.
Ad haec autem sit de eodem et diverso, simili et
dissimili et contrarietate, et de priore et po-
steriore et hiis omnibus talibus, de quibus
dyalectici intendere temptant ex pro-
babilibus solum perscrutationem fa-
cientes, quorum theorica est de omnibus.
Amplius autem de hiis eisdem quaecumque per
se accidunt, et non solum quid est horum
unumquodque, sed utrum est uni contrarium. Et
utrum principia et elementa genera sunt aut
in quae dividuntur singulariter existentia.
Et si genera, utrum quaecumque dicuntur de indi-
viduis finalia aut prima, aut
utrum animal aut homo principium et magis
est quam singulare. Maxime vero
quaerendum est et tractandum utrum est
aliquid praeter materiam causa per se aut non

et utrum unum aut plura numero. et utrum est
aliquid preter synolon. dico autem synolon
quando predicatur aliquid de materia. aut nichil
aut horum quidem horum vero non. et qua
lia talia existencium. Amplius et utrum
principia numero aut specie determinata et
que in racionibus et que in subiecto. et utrum
corruptibilium aut incorruptibilium
eadem aut diversa. et utrum incorrup
tibilia omnia aut corruptibilium
corruptibilia. Amplius autem quod omnium
difficillimum est et plurimam habet dubita
cionem utrum unum aut ens quemadmodum
pictagorici et plato dicebant non
alterum aliquid est sed substancia entium aut
non sed alterum aliquid est subiectum ut
empedocles amorem dicit. alius vero
ignem alius aquam aut aerem et
utrum principia sint universalia aut ut
singularia rerum. Et potencia et actu
Amplius utrum aliter aut secundum motum. hec enim
dubitationem ponunt magnam. Ad hec
autem utrum numeri aut longitudines
et figure et puncta substancie quedam sunt
aut non. et si substancie utrum separata a sen
sibilibus aut in eis. de hiis enim omnibus
non solum difficile invenire veritatem ip
sam inquirere sed nec dubitare bo
ne facile bene.

Primum quidem de quibus in primis di
ximus utrum unius aut plurium
scienciarum sit speculari omnia genera
causarum. unius enim sciencie quomodo erit non
contraria principia existencia cognoscere.
Amplius autem multis existencium non insunt
omnibus omnia. quo namque modo possibile
est motus principium esse in inmutabilibus
aut boni naturam si quidem omne quod est
bonum per se et propter suam naturam finis
est et ita causa quia illius causa et fiunt et sunt
cetera. finis et cuius causa actus cuius
dam est finis. sed actus omnes cum
motu quare in inmobilibus non contingit
hoc esse principium. nec esse aliquid auto
agathon. Unde et in mathematicis nichil
per hanc ostenditur causam. nec est demon
stracio ulla eo quod melius aut deterius
sed nec omnino ullus talium alicuius commemorat
quare et sophistarum quidam ut aristip
pus has proterebat. In aliis enim artibus
et illiberalibus ut tectonica et coria
ria eo quod melius vel deterius dici omnia
mathematicas nec ullam de bonis et
malis racionem facere. At vero si scien
tie causarum sunt plures et alia alterius
principii que eorum est dicenda que
querit aut quis maxime rem que
sitam esse sciens eam. Contingit
enim eidem omnes modos causarum
inesse ut domus unde quidem motus ars
et edificator. cuius causa opus et ma
teria terra et lapides species vero racio. Ex hiis
ergo dudum determinatis quam decet na
mare scienciarum sapienciam habet racionem quam
libet appellari. Nam enim senior quod
est et principalior veluti servi neque
contradicere scias alias autem
tum est que finis et bonum talis hec
enim causa sunt cetera. In quantum
primarum causarum et maxime scibilis
diffinitiva alia diffinitiva esse est
que substancie utique erit talis multis enim
modis eodem scientibus magis quidem
scire dicimus enim qui novit in ipso
esse quid est quam qui in non esse. Et horum
eorundem alium non magis sed maxime
quid quod est et non quantum aut quale aut quod
facere aut pati apta nata est.
Amplius autem et in aliis scire singula
et quorum demonstraciones sunt tunc existimamus
quando scimus quid est ut tetragonizare
quid est quod medie inventio sed
autem et in aliis. Circa generationes et
et actus et circa omnem transmutationem

qui cognoscant principium motus. Hec autem
altera et opposita est fini quare vide-
retur alius esse scientie causarum harum
singulas speculari. At vero et de prin-
cipiis demonstrationis utrum unius est
scientie aut plurium dubium est. Dico autem de-
monstrativas communes opiniones ex quibus
omnes demonstrant ut quod omne
necesse aut dicere aut negare et impossi-
bile simul esse et non esse et quecumque alie
tales propositiones utrum harum una scientia
et substantie aut alia et si non una est quam oportet
appellare sapientiam vel philosophiam pri-
mam que nunc est quesita. Unius quidem
esse non rationabile. Cuius enim est
magis geometrie quam qualiscumque
ex hiis existimare obaudire. Si igitur
quidem qualiscumque est omnium non contingit
sic nec aliarum ita nec ipsas substantias
cognoscentis proprium est de ipsis cognos-
cere. Simul autem et quomodo erit ipsorum
scientia. Quid enim quodlibet et unumquodque horum
existit etiam et nunc novimus. Utuntur
igitur eis ut notis artes alie. Si autem
de eis demonstrativa est oportebit aliquod
genus esse subiectum et horum quedam passiones
illa vero dignitates communium. Nam de
omnibus esse demonstrationem esse impossibi-
le. Necesse enim ex aliquibus esse et circa aliquid et
aliquorum demonstrationem. Quare accidit omnium
esse genus unum aliquid demonstratorum.
Omnes enim demonstratione dignitatibus utun-
tur. At vero si alia que substantie et que
de hiis que earum principalior et prior
est earum. Universalia enim maxime omnium principia
sunt dignitates et si non est philosophi
primi cuius erit alius de eis specula-
ri veritatem et falsitatem. Totaliter que
substantiarum utrum una omnium est aut plures
scientie. Si igitur non una cuius substantie po-
nenda est scientia una quidem non omnium esse non ra-
tionabile et enim demonstrativa una de omnibus

erit utique accidentibus. Si quidem opinioni-
bus omnis demonstrativa circa aliquod
subiectum speculatur per se accidentia ex communibus.
Circa idem igitur genus accidentia per se eius
speculari ex eisdem opinionibus. Nam
circa quod unius et ex quibus unius sive eius-
dem sive alius. Quare et accidentia eorum hee spe-
culabuntur aut ex hiis una. Am-
plius autem utrum circa substantias solam
theoria est aut et circa ipsis accidentia.
Dico autem ut si solidum quedam substantia
est et linee et superficies utrum eiusdem
scientie est ea cognoscere et accidentia circa unum-
quodque genus de quibus mathematice osten-
dunt aut alius. Nam si eiusdem
demonstrativa quedam erit et que est
substantie. Non autem videtur eius quod quid est esse demon-
stratio. Si vero diverse que erit speculans circa
substantiam accidentia hoc enim reddere est valde
difficile. Amplius autem utrum sensibiles
substantie sole esse sunt dicende aut preter
has alie et utrum unum aut plura
genera substantiarum sunt ut dicentes species
et intermedia circa que mathematicas
dicit esse scientias. Quomodo vero igitur diximus
species causas et substantias secundum se eorum
est in primis de ipsis sermonibus. Multi-
tis autem modis habentibus difficultatem
nullo minus absurdum dicere quidem
alias esse naturas preter eas que sunt
in celo. Has autem easdem dicere sensi-
bilibus nisi quia hec quidem sempiterna
illa vero corruptibilia. Nam per
se hominem dicunt esse et equum et sanitatem
aliud autem nichil simile facientes
esse deos dicentibus et humane speciei esse nichil
enim aliud illi fecerunt quam homines
sempiternos nec hii species nisi sensibiles
sempiternas. Amplius autem si quis preter
species et sensibilia intermedia ponat
multas habebit dubitationes palam enim
quia similiter linee preter ipsas et sensibiles

erit et utrorumque aliorum genus quam
astrologia tractat una est erit quoddam
celum preter sensibile celum et sol et lu
na et alia similiter celestia et quo
modo oportet credere? neque enim immobile rationabile
esse mobile vero omnino impossibile. Similiter autem et
de quibus perspectiva tractat et in ma
thematicis armonica. neque enim hec impossibile esse
preter sensibilia propter easdem causas. Nam si sunt
sensibilia intermedia et sensus palam
quia et animalia erunt intermedia ipsorumque
et corruptibilium. Dubitabit autem
aliquis et circa que existentium querere oportet has
scientias. Nam si in hoc differt geometria
a geodosia solum quia hec quidem horum
est que sentimus illa vero non sensibilium pa
lam quia et preter medicinalem. sed quoddam
possibile est? neque salubria quedam utique erit
preter sensibilia et ipsum sanum. Similiter
autem neque hec verum quia geodosia sensibi
lium est magnitudinum et corrup
tibilium. corrupta enim utique esset cor
ruptis. At vero nec sensibilium erit
magnitudinum nec circa celum hec astro
logia nec enim sensibiles linee tales
sunt quales dicit geometra. nichil
enim rectum sensibilium ita nec rotundum. tan
git enim regulam non secundum punctum
circulus sed ut pictagoras aut geo
metras redarguens nec motus
nec revolutiones celi similes de quibus
astrologia facit sermones. nec astrorum
puncta eandem eadem habent naturam. Sunt hec
aliquam qui dicunt esse quidem intermedia
dicta hec inter species et sensibilia non
tamen separata sensibilibus sed in hiis quibus
accidunt impossibilia omnia quidem plus
est orationis pertransire. Sufficit et talia
speculari. Non enim in talibus contingit esse
habere sic solum sed palam quia et species
contingit in sensibilibus esse. Eiusdem
enim rationis utraque hec sunt. Simp[liciter]

aut duo solida in eodem necesse est esse
loco et non esse immobilia in motis
existentia sensibilibus. Et totaliter autem cuius
causa quis ponet utique esse quidem
ipsa esse autem in sensibilibus. eadem enim con
tingent inconvenientia eis que predicta
sunt. erit enim aliquod preter celum. tamen non extra
sed in eodem loco quod magis est impossibile.
De hiis quidem dubium multa quomodo oportet
habere veritatem. Et de principiis utrum o
portet genera elementa et principia suscipere
aut magis ex quibus cum insunt primis est
unumquodque primis ut vocis elementa et prin
cipia videntur esse ea ex quibus compo
nuntur voces omnes primis sed non com
mune. Et diagramatum ea dicimus
elementa quorum demonstrationes insunt in alio
rum demonstrationibus aut omnium aut plu
rium. Amplius autem et corporum qui di
cunt esse plura elementa et qui unum ex
quibus componuntur et constant prin
cipia esse dicunt ut empedocles ig
nem et aquam et cum hiis reliqua elementa dicit
esse ex quibus sunt entia inexistentibus
sed non ut genera dicit ea entium que sunt.
Et ad hec autem et aliorum si quis velit
naturam speculari ut lectum ex quibus
partibus est et quomodo compositum. tunc cognos
cet eius naturam. Ex hiis quidem genera non
utique erunt principia genera
existentium. Si vero per enim cognoscimus
unumquodque per diffinitiones principia autem diffinitio
num sunt ipsa genera necesse est diffini
torum principia genera esse. Et si est entium que
sunt accipere scientiam specierum scientiam ac
cipere secundum quas dicuntur entia. specierum
autem principia genera sunt. Videntur et
quidam dicentium elementa existentium unum aut
ens aut magnum aut parvum ut ge
neribus eis uti. At vero neque utrobique possibile
dicere principia. ratio namque substantie est una diffinitio
vero erit que est per genera diffinitio a[liter] et

que dicat ex quibus est in existentibus. Adhuc
hic autem si quam maxime principia genera
sunt que oportet existimare prima generum,
principia aut ultima predicata de in-
dividuis. Est enim hoc dubitationem habens.
nam si quod universalia sunt magis principia
palam quod suprema generum. hec namque
que dicuntur de omnibus. Tot quidem erunt entium
principia quot genera prima. quare
erunt ens et unum principia et substantie. namque
de omnibus maxime dicuntur existentibus. Non
est autem possibile genus existentium unum esse
neque unum neque ens. Palam necesse differentias
cuiuslibet generis esse et unam esse quamlibet. Amplius
autem predicari aliquas species generis de propriis
differentiis aut genus sine suis speciebus. quare
si unum genus aut ens nulla differentia
nec unum nec ens erit. At vero si non
genera nec principia erunt si principia
genera. Amplius autem intermedia et co-
accepta cum differentiis erunt genera
usque ad individua. Nunc autem hec quidem
videntur illa vero non videntur. Adhuc autem
magis differentie principia quam genera. si autem hec
principia infinita ut si ita dicatur erunt
principia aliter quam si quis primum genus principium
ponat. At vero et si magis principii speciem
habens est unum. Unum autem indi-
visibile. Divisibile vero esse aut secundum
quantitatem aut secundum speciem. Prius autem
quod secundum speciem. genera vero divisibilia
in species. magis utique unum ultimum
erit predicatum. Non enim est genus
hominis aliquorum hominum. Amplius in quibus
et prius et posterius est non est possibile in
hiis aliquid esse preter hec. ut si prima numerorum
est dualitas non erit numerus aliquis preter
species numerorum. Si autem non horum sed
tollerentur numerorum. Similiter autem nec figura a-
liqua preter species figurarum. Si autem
non horum scola al. sola aliorum
erunt genera preter species. horum enim maxime

genera esse videntur. In individuis vero non est hoc
prius et posterius. Amplius autem ubi hoc
quidem melius aliud vero peius. semper quod est
melius prius. Quare neque horum erit
utique genus. Ex hiis quidem igitur magis
videntur que de individuis sunt predicata
esse principia generum. Iterum autem quomodo oportet
existimare principia non facile dicere. Principium
enim et causam oportet esse preter res quarum principium
est et possibile ab eis separatum esse. Tale vero
aliquid preter singularia esse propter quid utique
aliquis suscipiet nisi quia universaliter et de omnibus pre-
dicatur. At vero si propter hoc magis universalia ma-
gis ponenda sunt principia. Quare
principia prima erunt genera.

Est autem habita hiis dubitatio et omnium
difficillima et ad considerandum
maxime necessaria de qua ratio nunc erit.
Nam si non est aliquid preter singularia. Sin-
gularia vero infinita infinitorum quomodo
contingit accipere scientiam. Nam in quantum u-
num aliquid et idem et in quantum universale aliquid est in
tantum omnia cognoscimus. At si vero
hoc est necesse et oportet aliquid esse preter singularia.
necesse utique erit genera esse preter singula-
ria aut ultima aut prima. Hoc autem quod
impossibile nunc dubitavimus. Amplius autem
si quam maxime est aliquid preter simul totum
quando predicatur aliquid de materia utrum si est aliquid preter
omnia aut aliquid esse preter quedam esse et preter
quedam non esse aut preter nichil. Si quidem
igitur nichil est preter singularia nil utique
erit intelligibile sed omnia sensibilia et
nullius scientia nisi quis dicat esse sensum
scientiam. Amplius autem nec sempiternum est
aliquid nec immobile. nam sensibilia
omnia corrumpuntur et in motu sunt.
At vero si sempiternum nichil est nec generationem
esse possibile est. necesse est enim aliquid esse quod fit et ex
quo fit. Et horum ultimum ingenitum
si stat et ex non ente generari impossibile. Amplius
autem cum sit generatio et motus finem

ee e necce mot n nisi e infinitus
h omnis e finis quare q non possibile
q impossibile e etiam ee. Mor aut est ge
neratu est ee necm qm primum finn
e. Amplius aut si m e q est inge
nita multo ronabilius e ee sbam
qm illa fit ee slam si n h erit n
illa mch erit oio. h si h e impossibile
necce est aliquid ee pt synolon form
et speciem h si h item quis ponit dubio
e i quibus h ponet. i quibus non amplius.
slam q in oibus no sit possibile maium
non n utique ponemus domum aliquam
pt domos aliquas. Ad huc aut
utrum sba una erit oium hominum h
ingens e. slo n unum oia quorum
sba una h multa et differentia h et h
extra rom simul aut et quo fit
matia horum singulum et e synolo
ambo h. Amplius aut et de principiis
et h dubitabit aliquis nam si spe sunt
unum mch erit nullo unum nec ipsum
unum ipsum ut ens et scire quo erit
si no aliquid erit unum i oibus. At ii si
nullo unum qlibet principiorum et no sicut in
sensibilibus alia aliorum ut in hac
silla spe eadem existente i principiis spe ea
dem. et n h sunt nullo divisa sic
no ita h que sunt existentium nullo sunt
unum no erit pt elm mch aliud
Etiam nullo unum aut singulare
dicere mch differt. Sic n dicimus singulare nullo
unum ucie ii q in hiis e sicut g si
que ucas unum nullo ecnt ela dete
rminata tot omnis litas ee necce ee
quot ela no existentibus quid duo
bus eisdem nec pluribus. Non minor
aut dubitationis modus et prioribus
relinquitur utrum eadem corruptibi
lium et incorruptibilium sunt principia
aut diversa nam si eadem sunt quo
h quid in corruptibilia illa nullo

corruptibilia et propter quam causam. Qui
quid g circa esyodum et omnes quicumque theo
logi no solum ad ipsos persuasionem
curaverunt nos aut neglexerunt.
Deos n facientes principia et ex
deis ee facta que no gustaverunt nec
tar et manna mortalia facta esse
dicunt palam q h noia sibi nota di
centes e quod de allatione harum cau
sarum super nos dixerunt nam si causa vo
luptatis ipsa tangunt no e causa
existendi nectar et manna si vero
existendi quo erunt sempiterna cibo e
gentes h de fabulose sophisticantibus
no est dignum cum studio intendere
Ad dicentes vero per demonstrationem oportet sciscitari
interrogantes quare ex eis
dem existentia hec quod sempiterna
sunt natura sunt illa vero corrumpuntur
existentium. Cum aut nec causam dicunt nec
ronabile e sic habere palam nec q eadem
principia nec cause ipsorum erunt. Et
enim que existimabit utique aliquis maxime
dicere ipsi confesse empedoclis et hic idem pas
sus est. ponit n principium quoddam causam
corruptionis odium. videbitur mch minus
et h generare extra unum. nam omnia
ex h alia sunt pt deum. dicit g ex qui
bus omnia et quecumque erunt et arbo
res pullulaverunt et viri et femine
bestie q et vultures et aqua nutri
ti pisces et dii longevi et preter h
palam q si non esset in rebus es
sent unum oia ut ait nam qm con
venerunt tunc ultimum stabat odium.
propter q et accidit ipsi felicissimum deum mi
nus prudentem ee aliis no enim
cognoscere ela omnia nam odium no
habet. noticia h similis simili. terram na
ait per terram cognoscimus et per aquam aquam
et per passionem passionem et ad huc odium
per odium difficile h vero ib et h. h

palam quia accidit ei odium non magis
corruptionis quam existendi causam.
Similiter autem nec amor existendi causa. Colli-
gens enim in unum corrumpit alia. Simili-
ter ipsius transmutationis causam
nullam dicit nisi quia sic aptum natum
fuit. aliqualiter magnum odium in
membris nutritum est et honorem recedebat
perfecto tempore qui mutabiliter dissolvit
factum tempore necessarium enim transmutari
causam vero necessitatis nullam osten-
dit. Attamen tantum solum dicit confessive non
enim existentium hoc quidem corruptibilia
illa vero incorruptibilia facit. Sed
omnia corruptibilia praeter elementa. Dicta vero
nunc dubitatio est cur haec quidem illa vero non
sunt ex eisdem sint. Quod quidem igitur non utique
erunt eadem principia tot dicta sint. Si vero
diversa principia utrum quidem dubitatio est
utrum et incorruptibilia haec erunt aut
corruptibilia. Palam si corruptibilia
necessarium quoniam et ea ex aliquibus
esse. Omnia enim corrumpuntur in ea ex quibus
sunt. Quare contingit principiorum alia
esse priora. Hoc autem est impossibile sive stet sive in
infinitum vadat. Amplius autem quomodo erunt
ipsa corruptibilia si destruentur principia.
Si vero incorruptibilia cur ex hiis quidem
incorruptibilibus existentibus corruptibilia
erunt ex diversis vero incorruptibilia. Hoc enim non
eget. Amplius autem nec conatur aliquis
diversa dicere sed eadem omnium dicunt principia.
primum dubitatum consumunt tamquam
hoc aliquid parvum accipientes. Omnium
autem ad considerandum difficillimum et ad
cognoscendum veritatem maxime necessarium
utrum unum et ens substantie existentium
sunt et utrumque ipsorum non alterum aliquid est
sed quidem unum. Hoc autem ens est. aut oportet
querere quid est ipsum ens et unum
quasi subiecta alia nature. hii namque illo
modo illi hoc modo putant naturam se habere.
plato namque et pythagorici non alterum
aliquid ens neque unum sed hoc ipsorum
naturam esse quasi existente substantia ipsum unum esse
et ens aliquid. Alii vero de natura ut Em-
pedocles ut ad notius reducens
dicit quid unum ens est. Videbitur enim utique dicere
hoc amorem esse. Causa namque est hoc
unum omnibus esse. Alii vero ignem alii ae-
rem dicunt esse unum hoc et ens ex quo
encia esse et facta esse. Similiter et qui plura
posuerunt elementa. Necesse namque ex hiis tot
dicere ens et unum quot principia dicunt
esse. Accidit autem si quidem quis non po-
nat esse quandam substantiam unum et ens nec
aliorum esse universalium nullum. Hoc namque universalia
sunt maxime omnium. Si vero non est aliquod
unum ipsum neque ipsum ens neque aliorum
aliquid erit preter ea que dicta sunt singularia.
Amplius autem non existente unum substantia pa-
lam quia nec numerus erit quasi aliqua ab
existentibus separata natura. Numerus autem unitates
unitas vero quod vere unum aliquid est. Si vero aliquid
est ipsum unum et ens necesse est substantiam ipsorum
esse et ipsum unum. Non enim aliquid aliud universaliter
predicatur sed hec ipsa. At vero si erit aliquod
ens ipsum et ipsum unum multa erit valde
dubitatio quomodo erat diversum aliquid preter
hoc. Dico autem quomodo erunt uno plura
encia. Quod enim diversum est ab ente
non est. Quare accidit secundum parmenidis rationem
accidere esse necesse unum omnia esse encia
et hoc esse ens. Verum utrobique difficile
sive namque non sit unum substantia sive sit u-
num ipsum substantiam esse numerum est impossibile
si quidem igitur non sit dictum est prius propter
quid. Si autem fuerint eadem est
dubitatio et de ente. ex aliquo namque
et preter ens erit ipsum aliud unum
nichil enim esse est necesse omnia autem
encia aut multa quorum unum unumquodque.
Amplius si indivisibile est ipsum unum secundum ze-
nonis dignitatem nichil utique erit

Quod .n. nec additum nec ablatum
facit maius nec minus. non ait
esse hoc existencium tamquam palam quod
existente magnitudinem ipso ente.
Et si magnitudo corporalis hoc .n. omnino
ens alia vero aliqualiter quidem ad
dicta facient maius aliqualiter
aliter vero nichil ut superficies et linea. pun
ctum vero et unitas nullatenus. Sed quoniam
hic speculatur onerose et non contingit
esse indivisibile. ut ad illum ali
qua habeatur responsio. magis .n. non fa
cient. sed plus ad dictum tale. sed
numero quomodo ex uno tali aut pluribus
erit magnitudo. simile namque lineam
ex punctis esse dicere. At vero et si quis
ita putat ut factus sit ut quidam dicunt
ex uno ipso et alio non uno aliquo
numerus. nichil minus est querendum
propter quid et quomodo quidem numerus quandoque
autem magnitudo erit quod factum est
si non unum inequalitas et eadem natura
erit. Nec .n. quomodo ex uno aliquo
et hac fient utique magnitudines
nis autem habita. Palam --

Dubitatione vero habitum numerum et corpora
et superficies et puncta substantie alique
sunt aut non. Nam si non sunt
diffugiat quid ipsum ens et que sub
stancia entium. passiones .n. et motus
et ad aliquid et dispositiones et ratio
nes nullius videntur substantiam significa
re. Dicuntur .n. omnia de subiecto aliquo
et nichil hoc aliquid. Que vero maxime
substantiam significare videntur. aqua et
ignis. et terra ex quibus corpora constituta
horum calores quidem et frigidita
tes et similes passiones non substantie.
Corpus vero hoc paciens vero remanet
ut ens aliquid et substantia aliqua existens.
At vero corpus est minus substantia superficie
et hec linea et hec unitate et puncto

his. .n. diffiniuntur corpus et hec quidem sine
corpore contingere videntur esse corpus vero
sine his impossibile. Propter quod et pri
ores substantiam et ens putabant corpus
esse alia vero omnia huius passiones. quare
et principia corporum entium esse principia.
posteriores vero et sapienciores his
esse opinabantur numeros. Quemadmodum ergo
dicebamus si non sunt substantia hec omnino nulla
substantia est. nec ens nullum. non .n. horum
accidentia dignum est vocare entia. At
vero si hoc quidem confessum est quod magis sunt
substantia longitudines corporibus et puncta
hec autem non videntur qualium utique
erunt corporum. nam in sensibilibus impossibile
esse non utique erit substantia nulla. Amplius hec
omnia videntur dimensiones esse corporis
hec quidem ad latitudinem hec vero ad pro
funditatem aliud ad longitudi
nem. Adhuc autem similiter inest in solido
quecumque figura. quare si nec in lapi
de Mercurius. nec medietas cubi in
cubo sic ut segregata. non ergo nec super
ficies nam si quecumque. et utique hec e
rit determinans medietatem. Eadem autem
ratio est et in linea et in puncto et in uni
tate quare si maxime quidem substantia
est corpus hoc autem magis hec. nec sunt autem
hec. nec substantia aliqua. diffugit quid ipsum
ens et que substantia entium. nam cum
dictis et circa generationem et corruptionem
accidunt irrationabilia videtur substantia
non ens prius nunc esse aut prius exi
stens posterius vero non esse. Fiet corpori
hec pati puncta vero et lineas et super
ficies non contingit. nec fieri nec corrumpi
quandoque quidem existentes quandoque vero non existen
tes. Palam quando copulantur aut
dividuntur corpora simul quandoque quidem una
copulatorum. quandoque vero due divisorum
fiunt. Quare non compositorum est
sed corruptis est divisorum que sunt

prius non existentes. Non enim indivisibile punctum divisum videtur. Et si generantur et corrumpuntur ex aliquo generantur. Similiter autem se habet et ut in tempore. Non enim contingit fieri et corrumpi. At tamen aliud videtur esse substantia aliqua existens. Similiter autem palam quia se habet et circa puncta et lineas et superficies eadem ratio. Nam omnia similiter aut termini aut divisiones sunt.

Omnino vero dubitabit aliquis quare oportet et alia quedam querere preter sensibilia et intermedia, ut quas ponimus species. Nam si ideo quia mathematica a presentibus in alio quodam differunt, in esse vero plura similis speciei nichil differunt. Quare non erunt ipsorum principia numero determinata. Quemadmodum neque presentium litterarum omnium non sunt principia determinata sed specie, nisi lateat quid hoc sillabe aut huius vocis. Harum enim erunt et numero determinata. Similiter autem et intermediorum. Infinita namque et illic que eiusdem speciei. Quare si non sunt preter sensibilia et mathematica alia quedam, qualia dicunt species ipsas quidam, non erit una numero et specie substantia, neque principia entium numero erunt quanta aliqua. Sed specie. Ergo si hoc necessarium, et species necessarium esse propter hoc esse. Et enim si non bene dearticulant dicentes, sed hoc est quod volunt, et hoc ipsos necesse dicere quia specierum substantia quedam unaqueque est et nichil secundum accidens. At vero si ponimus species esse et numero principia et non specie, diximus que contingere necesse est impossibilia. Huius autem affine est querere utrum potestate sunt elementa aut alio aliquo modo. Nam si aliter, aliquid aliud erit prius principiis. Aliud prior enim potestas causa illa. Possibile autem non est necessarium illo [modo] omne se habere. Si vero potestate sunt elementa, nichil entium

esse contingit. Nam possibile est esse quod nondum ens sit. Nam non ens fit, nichil autem vero esse fit impossibilium esse. Has itaque dubitationes necessarium est dubitare de principiis, et utrum universalia sunt aut ut dicimus singularia. Nam si universalia, non erunt substantie. Nichil communium hoc aliquid significat sed tale, substantia vero hoc aliquid est. Sed si est hoc aliquid et exponitur quod communiter predicatur, multa erunt animalia Socrates ipse et homo et animal, si significat singulum hoc aliquid et unum. Nam si ergo universalia sunt principia, hec contingunt. Si autem non universalia sed ut singularia, non erunt scibilia. Universales enim sunt omnium scientie. Quare erunt principia diversa priora principiis universaliter predicata, si futurum esse eorum scientia.

IV

Est scientia quedam que speculatur ens in quantum est ens et que huic insunt secundum se. Hec autem nulli in parte dictarum eadem. Aliarum enim nulla intendit universaliter de ente in quantum est ens, sed partem eius abscidentes aliquam circa hanc speculantur accidens, velud scientiarum mathematice. Quoniam autem principia et extremas causas querimus, palam quia nature cuiusdam ipsas secundum se esse est necesse. Si igitur et entium elementa querentes hec quesierunt principia, necesse igitur et entis elementa esse non secundum accidens sed in quantum entia. Unde et nobis entis in quantum est ens prime cause sunt accipiende.

Ens autem multis quidem dicitur modis, sed ad unum et unam aliquam naturam et non equivoce, sed quemadmodum salubre omne ad sanitatem, hoc quidem in conservatione, aliud vero in actione, aliud quia est signum sanitatis, hoc autem quia illius est susceptibile. Et medicinale ad medicativam, hoc enim habendo medicinam dicitur medicinale, illud vero

in extrico bene natum ad ipsum et alio
per actus medicatiue. Similiter autem et alia
sumemus huic consimilia. Ita vero et ens
multipliciter dicitur quidem. sed omne ad unum
principium. hec quia substantie entia dicuntur. illa
vero quia passiones substantie. alia quia via ad
substantiam aut corruptiones aut privatio
nes aut qualitates aut affectiva
aut generativa substantie aut ad substantiam
dictorum aut horum alicuius negationes aut
substantie. quapropter et non ens esse non ens dici
mus. Quemadmodum ergo et salubrium omnium una est scientia
ita hoc et in aliis. non enim solum eorum
que secundum unum dictorum est unius scientie spe
culari sed et dictorum ad unam naturam. et enim hec
modo quodam dicuntur secundum unum. Palam
ergo quia et entia unius est speculari secundum quod
entia. Ubique vero proprie primi est scientia et
ex quo alia pendent et propter quod dicuntur.
Ergo si est hec substantia. substantiarum oportet principia et
causas habere philosophum. Omnis autem generis
et sensus unius unius et scientia ut gra
matica una ens omnes speculatur
voces. quapropter et entis inquantum ens quascumque
species speculari unius est scientie genere species
autem specierum. Si ergo ens et unum idem et
una natura eo quod se ad invicem con
sequuntur sicut principium et causa. sed non ut una
ratione ostensa. nil autem differt nec si si
suspicamur. sed pro opere magis. idem enim
unus homo et homo et ens homo et
homo et non duplicatum quid ostendit
secundum dictionem repetitum homo et est
homo et unus homo. palam autem
quia non separatur nec in generatione nec in
corruptione. Similiter autem et in uno
quare palam quia additio in hiis
idem ostendit. et nichil aliud unum preter
ens. Amplius autem cuiusque substantia unum est
non secundum accidens. similiter autem et quod quid est
ens idem. Quare quot unius sunt
species tot et entis de quibus quod quid

est eiusdem scientie genere speculari. Dico autem
ut de eodem et simili et in aliis talibus. Fere
autem omnia reducuntur contraria in principi
um hoc. speculata sint autem a nobis et
in eglega contrariorum. Et tot partes sunt
philosophie quot substantie. Quare necessarium est aliquam
primam et habitam ipsis. Existit enim statim
genera habentia ens et unum. quapropter et scientie
hec sequuntur. Est enim philosophus ut mathematicus dic
tus. Et enim hec partes habet et prima quedam et se
cunda est scientia et alie consequenter in mathematicis.
Quoniam autem unius est opposita specula
ri. uni vero opponitur pluralitas negationem autem et
privationem unius est speculari ambo. Utrobique ne
gatio aut privatio aut simpliciter dicitur quia
non inest illi aut alicui generi. Huic quidem
ergo uni differentia adest preter quod in negatione
nullius. enim absentia negatio est. In pri
vatione vero et subiecta quedam fit natura
de qua dicitur privatio. Uni autem pluralitas op
ponitur. Quare et opposita dictis di
versumque et dissimile et inequale et quecumque
alia dicuntur aut secundum eius ut pluralitatem
et unum est dictam cognoscere scientie. Quo
rum unum quid idem et contrarietas est. Differentia
autem diversitas. Quare quoniam unum
multipliciter dicitur. et hec multipliciter dicuntur. Sed
tamen unius omnia cognoscere est. Non enim
si multipliciter alterius est. sed si nec secundum unum
nec ad unum rationes referuntur alterius
est. Quoniam vero omnia ad primum referuntur
ut quecumque unum dicuntur ad primum unum. Similiter
dicendum est et de eodem et de diverso et contrariis
se habere. Ergo divisum quotiens dici
tur singulum. sic reddendum est ad primum in sin
gulis predicamentis quomodo ad illud dicitur. Hec enim
in habendo illud. illa vero in faciendo. alia vero
secundum alios dicuntur tales modos. Pa
lam ergo quia in dubitationibus dictum est quia unius
est de hiis et de substantia sermonem habere. Hoc autem
erat unum eorum que in dubitationibus.
Et philosophi est de omnibus posse speculari

et equali

n. quedam contrarietas est differentia

Nam si philosophi quis erit investigabit si idem Socrates et Socrates sedens, aut si unum uni contrarium, aut quid est contrarium aut quotiens dicitur. Similiter autem et de aliis talibus. Quoniam igitur unius in quantum est unum et entis in quantum est ens eedem secundum se passiones sunt, sed non in quantum numeri aut linee aut ignis, palam quod illius scientie et quid est cognoscere et accidentia ipsis. Et sic non peccant qui de ipsis intendebant quasi non philosophantes, sed quia prius est substantia de qua nichil audiunt. Quoniam sicut sunt et numeri in quantum numeri proprie passiones, ut imparitas, paritas, commensuratio, equalitas, excedentia et defectus, et hec secundum se et ad invicem insunt numeris. Similiter autem et solido et immobili et mobili et levi et gravi sunt alia propria, sic et enti in quantum est ens sunt quedam propria, et ea sunt de quibus est philosophi perscrutari veritatem. Signum autem: dyaletici namque et sophiste eandem subinduunt figuram philosopho, quia sophistica apparens solum est sophia, et dyaletici de omnibus disputant, omnibus autem commune ens est. Disputant autem et de hiis videlicet quia philosophie sunt ipsa propria. Nam circa idem genus versatur et sophistica et dyaletica cum philosophia, sed differt ab hac quidem modo potentie, ab illa vero vite prohesi. Est autem dyalectica temptativa de quibus philosophia est sciens, et sophistica visa quidem ens vero non. Amplius contrariorum altera coelementatio privatio, et omnia referuntur ad ens et non ens et ad unum et pluralitatem, ut status unius et motus pluralitatis. Entia vero fere omnes confitentur ex contrariis componi. Omnes vero principia contraria dicunt. Hii namque par et impar, illi vero calidum et frigidum, alii finitum et infinitum, alii amorem et odium. Omnia vero et alia videntur reducta ad unum et pluralitatem. Summatur enim ista reductio nobis. Principia vero et omnia que ab aliis ut in genera hec cadunt. Palam igitur et ex hiis quod unius est scientie ens in quantum est ens speculari. Omnia namque aut contraria aut ex contrariis, principia vero contrariorum unum et pluralitas. Hec autem unius est scientie sive secundum unum dicuntur sive non et forsan. Hec autem unius est scientie sive secundum unum dicuntur sive non, ut forsan veritas habet. Attamen et si multipliciter dicitur unum, ad primum alia dicuntur et contraria similiter, et propter hoc et si non est ens aut unum universale et idem in omnibus aut separabile, ut forsan non est, sed hec quidem ad unum, illa vero in eo quod consequenter. Et ideo non est geometre speculari quid contrarium aut perfectum aut unum ens aut idem aut diversum nisi ex suppositione. Quod quidem igitur unius est scientie ens in quantum est ens speculari et que insunt ei in quantum est ens, manifestum, et quod non solum substantiarum sed et accidentium eadem est theorica, et de dictis et de priore et de posteriore et genere et specie, toto et parte et aliis talibus. Dicendum autem utrum unius aut diverse scientie de vocatis in mathematica dignitatibus et de substantia. Palam autem quod unius est et eius qui est philosophi que de hiis perscrutatio. Omnibus namque insunt existentibus, sed non generi alicui seorsum separatim ab aliis. Et utuntur omnes, quia entis sunt in quantum est ens, unumquodque autem genus ens. In tantum vero utuntur in quantum eis sufficit; hoc autem est quantum continet genus de quo demonstrationes fiunt. Quare quoniam palam quod in quantum sunt entia insunt omnibus, hoc namque est commune eis, eius qui de ente in quantum est ens cognoscentis et de hiis est speculatio. Unde nullus particulariter intendentium nititur dicere de eis aliquid si vera aut non. Nec

geometria nec arismetica. physicorum
quidam hoc facientes.
soli namque putabantur de tota natura
intendere et de ente. sed quoniam est ad-
huc physico aliquis superior. unum enim aliquod
genus entis natura. et est etiam univer-
saliter theorizantis et de hiis uti-
que erit perscrutatio. Est autem sophia
quedam phisica. sed non prima. Quecum-
que vero conantur dicentium quidem de veritate
quo oportet modo recipere propter ignoranciam
analeticorum hoc faciunt. oportet enim de hiis
prescientes venire. sed non audientes
querere. Quod quidem igitur philosophi et de omni
substantia speculantis inquantum aptum natum est et de
omnibus sillogisticis principiis est per-
scrutari palam. Congruit autem
maxime cognoscentem circa unumquodque genus
habere dicere firmissima rei principia.
Quare et de omnibus entibus inquantum sunt
entia omnium firmissima. est autem hic
philosophus ipse. Firmissimum autem omnium
principium est circa quod mentiri impossibile est. notissi-
mum enim esse tale est necesse. palam circa ea
que ignorant decipiuntur omnes. et
non conditionale. quod enim necesse habere quodcum-
que intelligentem hoc non conditio.
Quod autem cognoscere est necesse
quodcumque cognoscentem et venire habere
necesse. quod quidem igitur tale principium est omnium
est firmissimum palam. Quid vero
sit illud post hoc dicamus. idem enim simul
inesse et non esse eidem et secundum idem est impossibile.
et quecumque alia determinaverimus utique
sint determinata ad logicas difficulta-
tes. hoc autem omnium firmissimum est principiorum.
habet enim dictam determinationem. impossibile namque
quemcumque existimare esse et non esse quod
quidem quidam putant dicere eraclitum.
non enim est necesse quod aliquis dicit hec existimare.
Si vero non contingit simul inesse eidem contraria
ad determinata sunt autem nobis et huic

propositioni consueta. contraria autem est opinio opi-
nioni que contradictionis. palam quia impossibile simul
existimare eundem esse et non esse idem. simul
enim habebit contrarias opiniones qui de hoc
est mentitus. quapropter omnes demonstrantes
in hanc reducunt ultimam opinionem. na-
tura namque principium et aliarum dignita-
tum hoc omnium. Sunt autem quidam
qui ut diximus dicebant contingere
idem esse et non esse et existimare ita. utuntur
autem ratione hac multi eorum qui de natura.
nos autem nunc accepimus quasi impossibile
existente simul esse et non esse. et per hoc ostendimus
quia firmissimum id principiorum omnium est. Vo-
lunt autem et hoc demonstrare quidam propter ineru-
ditionem. est enim ineruditio non cognoscere
quorum oportet querere demonstrationem et quorum
non oportet. Totaliter quidem enim omnium esse de-
monstrationem est impossibile. palam in infinitum enim procederet
ut nec ita foret demonstratio. Si vero quorun-
dam non oportet demonstrationem querere quod volunt
magis esse tale principium non habent dicere.
Est autem demonstrare elenctice et ex
hoc quia impossibile si solum aliquid dicat qui dubitat.
Si vero nichil derisio est querere rationem
ad nullius habentem rationem inquantum non habet
rationem. similis enim plante talis inquantum talis
iam est. Elenctice autem dico demonstra-
re utique videbitur par differre et demonstra-
re quia demonstrans quod in principio. sed nunc tali e-
xistente causa. Elenchus utique erit et
non demonstratio. Principium vero ad omnia talia
non velle aut esse aliquid dicere aut non esse.
hoc enim forsan utique quis opinabitur quia
quod in principio peteret. sed significare quidem
aliquid et ipsi et alii. hoc enim necesse est si dicat
aliquid. si enim non, tali non utique erit ser-
mo nec ipsi ad se ipsum nec ad ali-
um. si quis autem hoc dederit erit de-
monstratio. iam enim aliquid erit diffinitum.
sed causa non demonstrans sed sustin-
ens. Interimens enim rationem sustinet

id impossibile quod est inconveniens hoc id
um quod significat nomen esse aut non esse
hoc. Quare non utique omne sic se habe
bit. Amplius autem si homo significat unum
sit hoc animal bipes. Dico autem unum si
gnificare hoc. si hoc est homo. si quod sit homo
hoc est homini esse. Nil autem differt
nec si plura quis dicat significare. Solum autem diffinita ponantur. Ut in
rationibus alterum nomen. Dico autem
ut si non dicat hominem unum significare
sed multa quorum unius quidem una ratio
animal bipes. Sunt autem et alie plures
sed diffinite numero ponentur. utique
proprium nomen secundum unamquamque rationem.
Si autem non ponatur sed infinita significare dicat. palam quod non utique erit
ratio. Palam non unum significare nichil significare est. non significantibus autem nominibus au
feretur ad invicem disputare. Secundum veritatem autem et ad se ipsum. Nichil enim
contingit intelligere nichil intelligentem
unum. si autem contingit ponatur huic
rei nomen unum. Sit itaque sicut a principio
dictum est significans aliquod nomen et significans
unum. Non itaque contingit homini esse
significare quod quidem non esse homini si homo si
gnificat non solum de uno quin sic
utique musicum et album et homo unum
significent. Quare unum omnia erunt
sinonima. namque et non erunt
esse et non esse idem nisi secundum equi
vocationem. ut si quem nos hominem vo
camus. alii non hominem vocant.
Dubitatum vero non hoc est si con
tingit idem simul esse et non esse hominem
secundum nomen sed rem. Si autem non
significet alterum homo et non homo
palam quod non esse homini. ab esse homini. quare erunt esse non homini esse unum
enim erunt. hoc enim esse unum significat ut
vestimentum et indumentum si ratio una
sunt. non erunt unum et unum significat homini
esse et non homini. sed ostensum est quod alterum significat. Necesse itaque si verum si quod
est dicere quod homo animal esse bipes. hoc enim
erat quod significabat homo. Si hoc necesse non
contingit non esse hoc ipsum animal bipes.
Non ergo contingit simul verum esse dicere
idem hominem esse et non esse hominem. Eadem
autem ratio et non in esse hominem. Palam
homini esse et non homini esse alterum
significare. si quidem album esse et hominem
esse alterum multum enim oppositum magis
quare significare diversum. Si autem
dixit et album idem significare et unum
ratione idem dicemus quod et prius dictum
est. quod unum omnia sunt et non solum
opposita. Si autem hoc non contingit. contin
git quod dictum est si respondeatur
interrogatum. Si autem apponatur interrogante simpliciter et negationes non
respondet interrogatum. Nichil enim
prohibet idem et hominem et album et
alia mille secundum pluralitatem. Attamen interrogante si verum est dicere hominem hoc esse
aut non respondendum est unum significans
et non addendum. quod et album et mag
num. Etenim impossibile infinita
entia accidentia pertransire. aut igitur
omnia pertranseant aut nullum similiter enim
et si milies est idem homo et non homo non
est correspondendum interrogationi si est
homo. Si non et alia que eorum ac
cidunt sunt correspondenda quecumque
sunt aut non sunt. Si autem hoc non
faciat non disputat. Omnino vero
destruunt qui sic dicunt substantiam et
quod quid erat esse omnia namque dicere
accidere eis est necesse et quod non est homini
esse aut animali esse non necesse. Palam
si erit quod vere homini esse hoc non erit
non homini esse quod ius hoc negationes hoc
unum enim erat quod significabat et erat

h' aliqui' cha. s'bam sig'e est q'
nō aliud aliquid eē ipi. si a'
erat ipi q' ue hoi eē. q' neue n̄
hominu esse. aut q' non eē hoi
aliud erit quare dre ē nece q'
nullius erit tal' rō h' omia f' actus
h' eni . deciata ē cha et actus al
bum. n. accit hoi q' ē albus h' n̄
q' ue albū. Si uo oia fm actus
dnr nll' erit primu ule. Si aut
semp actus de cho aliquo sigt pre
dicatōm. i infinitum g' ire nece
ē. S3 ipole iiz eni pla duob3 cō
plectitur actus eni nō actnti
accidet nisi q' ambo eid' accidt
dico aut ut albū musicu et hō
albus q' ambo hoi accidt. s3 n̄
socrates musicus itaz ambo ac
cidunt alicui alii. Cu igit h'
quid ita illa ū illo m̄ dnr actia
quecq3 sic dnr ut albū socrati
nō ɔtingit infinita eē insius
ut socrati albo alem ad actus n̄
eni fit aliq' unū ex oibus nec
itaz albo aliq' a' erit actus ut
musicu mch eni h' mag' illi q'
qm̄ illud huic accit et simil' dēt
minatū ē q' h' quid ita accidūt
h' aut musicu socrati. quecq3 uo
sit. n̄ actnti accit actus h' quecq3
illo modo quare nō oia f' actus
dnr. Erit g' ad et ut cham si
gnificans si aut h' ositum est
q' ipossibile p'dicari ɔdones
Simp autem si ɔ'dōnes simul'
de eod' uere simt oīs palam q'
q' q' omia erunt unū. Erunt
eni tēns et mur' et homo si de oi
aliquid a' affirmare aut nega
re ɔtingit q'ad ē nece dnrtibus
in numeris qualitas pars. nam differentia quedam
substantiarum. sed aut motorum aut non in quantum
mota et motum dicere. uirtutes autem et ui
cia passionum pars quedam. differentias
enim ostendunt motus et actus secundum
quos faciunt aut patiuntur. Quecumque
bene aut praue que sunt in motu
posse namque sic moueri aut agere
bonum quod autem sic et contrarie prauum.
maxime autem bonum et malum significat
quale in animatis et horum in habentibus.

Ad aliquid dicitur. Capitulum.
Alia ut duplum et tripli
ad tertiam partem et totaliter multi
plicatum ad multiplicati partem et
continens ad contentum. Alia ut
calefactiuum ad calefactibile et secti
uum ad sectibile et omnino actiuum
ad passiuum. alia ut mensurabile
ad mensuratum. et scibile ad scientiam
et sensibile ad sensum. Dicuntur autem prima
quidem secundum numerum aut simpliciter aut
determinate ad ipsos aut ad unum ut
duplum quidem ad unum numerus deter
minatus. multiplex uero secundum numerum
ad unum non determinatum ut hunc
aut hunc. Emiolium autem ad
subemiolium secundum numerum ad numerum
determinatum. Superparticulare ad subsu
perparticulare secundum indeterminatos ut
multiplex ad unum. continens autem
ad contentum omnino indeterminatum secundum
numerum. numerus enim commensurabilis secundum non
commensurabilem autem numerum dicitur con
tinens. enim ad contentum quantum est et est
amplius. hoc autem indeterminatum quodcumque enim
euenerit est aut equale. hec igitur ad ali
quid omnia secundum numerum dicuntur et numeri pas
siones. Et amplius equale et simile
et idem secundum alium modum. Nam ad unum
dicuntur omnia eadem namque quorum una
est substantia. similia uero quorum qualitas
est una. equalia uero quorum quantitas
est una. unum autem numeri principium

et inceptum. quare hec omnia ad aliquid dicuntur
secundum numerum quod non eodem autem modo.
Activa vero et passiva secundum potentiam activam
et passivam sunt et actiones potentiarum
ut calefactivum ad calefactibile et ad
aliquid quia potest. et iterum calefaciens ad id
quod calefit et secans ad id quod secatur
tamquam agentia. Eorum vero que
sunt secundum numerum non sunt actiones
sed aut quo in aliis dictum est. autem secundum
motum actiones non existunt.
Eorum autem que secundum potentiam et secundum
tempora iam dicuntur ad aliquid ut quod fecit
ad factum et factivum ad faciendum
sic enim pater dicitur filii pater. hoc quidem enim fecit
id autem passum quoddam est. Amplius que
quedam secundum privationem potentie ut impossibile et
quecumque sic dicuntur ut invisibile. hec itaque secundum
numerum quod dicuntur et potentiam dicta ad aliquid
omnia sunt ad aliquid eo quod ipsum quod
quod est alterius dicitur ipsum quod est sed non
eo quod aliud ad id. mensurabile vero
et scibile et intellectuale eo quod aliud
ad ipsum dicitur ad aliquid dicuntur. Intellectua-
le eo quod ad aliud ipsum dicitur ad aliquid dicuntur.
Nam intellectuale significat quia ipsius est
intellectus. Non est autem intellectus ad hoc
cuius est intellectus. sic enim idem dictum utique
erit. Similiter autem et alicuius visus est
non cuius est visus quamvis verum hoc dicere
sed ad colorem aut ad aliud aliquid
tale. illo vero modo bis idem dicetur quia est visus
cuius est visus. Secundum se quidem igitur dicta ad
aliquid hec quidem sic dicuntur. illa vero si ipsorum
genera sunt talia ut medicina eorum
que ad aliquid. Amplius secundum quecumque habentia
dicuntur ad aliquid ut equalitas quia equale
et similitudo quia simile. alia vero secundum accidens
ut homo ad aliquid quia ei accidit duplum
esse. hoc autem est eorum que ad aliquid. aut
album. si accidit eidem album et duplum
esse.

quia ipsius genus scientia videtur esse eorum que sunt ad aliquid

Perfectum vero dicitur unum quidem cuius
non est extra aliquid accipere ullam
particulam ut tempus perfectum unius
cuiusque hoc extra quod non est accipere tempus
aliquod quod sit huius temporis pars. Et quod secundum
virtutem et quod eius quod bene non habet
excellentiam ad genus. ut perfectus
medicus et perfectus fistulator cum secundum
speciem proprie virtutis in nullo deficiunt.
sic autem transferentes et ad mala dicimus
calumpniatorem perfectum et latronem
perfectum quando et bonos dicimus ipsos ut latronem
bonum. calumpniatorem bonum.
Et virtus perfectio quedam. unumquodque enim
tunc perfectum. et substantia omnis tunc perfecta
quando secundum speciem proprie virtutis nulla defe-
cerit pars eius que secundum naturam magnitudinis.
Amplius autem quibus inest
finis studiosus. hec dicuntur perfecta. secundum autem
habere enim finem perfecta. quare quoniam finis
ultimorum aliquid est et ad prava transfe-
rentes dicimus perfecte perditum esse et perfecte
corruptum esse quando quid videlicet est corrup-
tionis et mali sed in ultimo est. Quapropter
et mors secundum metaphoram dicitur finis
quia ambo ultima. finis autem et cuius
causa ultimum. Secundum se dicta quidem
igitur perfecta totiens dicuntur. alia quidem
quia secundum bene in nullo deficiunt neque superbolem
habent neque extra aliquid accipitur. alia
omnino secundum quod non habent superbolem in unoquoque
genere nec aliquid est extra. alia vero
iam secundum ipsa aut faciendo aliquid tale
aut habendo aut congruendo huic aut
aliqualiter quasi dicitur ad ea que prima dicta perfecta.

Terminus quod dicitur est cuiusque ulti-
mum et cuius extra nullum est accipere
primum et cuius intra omnia primum
et quecumque habent species magnitudinis
aut habentis magnitudinem et sic
finis cuiusque tale vero ad quod motus et
actus et non a quo. etiam quod et cuius

et quandoque ambo et a quo

et leve et alia talia. Sunt autem
et magnum et parvum et maius et minus
et secundum se et ad invicem dicta quanti pas-
siones secundum se. Transferuntur tamen et
ad alia haec nomina. Secundum accidens vero
dictorum quantorum haec quidem sic dicuntur sic-
ut dictum est quia musicum quantum et album
per esse quantum cui insunt, haec autem
ut motus et tempus. Etenim haec quanta
quaedam dicuntur et continua eo quod illa di-
visibilia sunt quorum sunt haec passiones.
Dico autem non quod movetur sed quod motum
est. Quia enim quantum est illud, et motus est quantus,
tempus vero per ipsum scilicet motum.

Quale dicitur uno quidem modo differentia
substantiae ut quale quid homo animal, bi-
pes; equus vero quadrupes, et circulus
qualis quaedam figura quia agonion,
quasi differentia secundum substantiam qualitate exi-
stente. Uno quidem modo hoc dicitur qua-
litas differentia substantiae, alio vero ut immo-
bilia et mathematica, sicut numeri quales
quidam quaecumque compositi et non solum
ad unum entes, sed quorum imitatio
superficies et solidum. Hi vero sunt quoties quan-
ti aut quoties quanti. Et totaliter
quod praeter quantitatem existit in substantia. Na-
tura enim cuiusque quod semel, ut ipsorum sex non
quibis autem est sunt sed quod semel
sex, scilicet semel sex. Amplius quaecumque
passiones earum quae moventur substan-
tiarum, ut calor et frigiditas, et al-
bedo et nigredo, et gravitas et
levitas, et quaecumque talia secundum quas dicun-
tur mutari corpora permutatione.
Amplius secundum virtutem et vitium et omnino
bonum et malum. Fere itaque secundum
duos modos dicitur quale, et horum
uno principalissimo. Prima quidem quali-
tas substantiae differentia. Huius autem quaedam et quae
in numeris qualitas pars. Nam differentia quaedam
substantiarum sed aut non motorum aut non in quantum

mota. Et motuum dicitur. Vero autem et vir-
tutum passiones pars quaedam. Differentias
enim ostendunt motus et actus secundum
quos faciunt aut patiuntur
bene aut prave quae sunt in motu.
Potens enim sic moveri aut agere
bonum, quod autem sic et contrarie pravum.
Maxime autem bonum et malum signat
quale in animatis et horum in habentibus.

Ad aliquid dicuntur. Complexim
alia ut duplum et triplum
ad tertiam partem et totaliter multi-
plicatum ad multiplicati partem et
continens ad contentum. Alia ut
calefactivum ad calefactibile et secti-
vum ad sectibile et omnino activum
ad passivum. Alia ut mensurabile
ad mensuram et scibile ad scientiam
et sensibile ad sensum. Dicuntur autem prima
quidem secundum numerum aut simpliciter aut
determinate ad ipsos aut ad unum, ut
duplum quidem ad unum numerus deter-
minatus, multiplex vero secundum numerum
ad unum non determinatum autem ut hunc
aut hunc. Emiolium autem ad
subemiolium secundum numerum ad numerum
determinatum. Superparticulare ad subsu-
perparticulare secundum indeterminatos ut
multiplex ad unum. Continens autem
ad contentum omnino indeterminatum secundum
numerum. Numerus enim commensurabilis secundum non
commensurabilem autem numerum dicitur. Con-
tinens enim ad contentum quantum est et
amplius. Hoc autem indeterminatum, quodcumque enim
evenit est aut aequale aut non aequale. Haec igitur ad ad-
aliquid omnia secundum numerum dicuntur et numeri pas-
siones. Et amplius aequale et simile
et idem secundum alium modum. Nam secundum unum
dicuntur omnia. Eadem namque quorum una
est substantia, similia vero quorum qualitas
est una, aequalia vero quorum quantitas
est una. Unum autem numeri principium

non habere equalitatem aptum natum
dicere. Invisibile vero et eo quod
omnino non habeat colorem et eo quod te-
nuiter et sine pede et eo quod non habet
habeat omnino pedes et eo quod tripes.
Amplius et eo quod parvum habeat non igne-
um hoc autem est imperfecte aliquo modo habere.
Amplius quod non faciliter aut non bene ut in-
secabile non solum quod secatur sed quod non
faciliter aut quod non bene. Amplius omnino non
habere. cecus enim non dicitur monoculus. sed qui
in ambobus non habet visum propter quod non
omnis bonus aut malus aut iustus
aut iniustus sed et medium.

Habere multipliciter dicitur uno quidem in-
ducere secundum suam naturam aut secun-
dum impetum. propter quod febris dicitur habere ho-
minem. et tyrannum civitates et
vestimentum induti. alio in quo utique
existit ut susceptibili ut es habet
speciem statue et infirmitatem corpus.
Alio ut continens contemptum nam
in quo est contentum habetur ab hoc dicitur ut la-
gena habere humidus et civitates
homines et navem nautas sic autem
et totum habet partes. Amplius prohibens
secundum suum impetum aliquid moveri aut opera-
ri habere dicitur hoc ipsum ut columpne pon-
derosa supposita ut poete athlantem
faciunt celum habere tamquam casu-
rum super terram quemadmodum phisiologorum
quidam dicunt. hoc autem modo continens
dicitur que continet habere quasi separata utique
secundum suum impetum singula et
in aliquo autem esse simili modo dicitur et
omne ipsi habere.

Ex aliquo esse dicitur uno quidem modo
ex quo est ut illud et hoc dupliciter aut
secundum primum genus aut secundum ultimam
speciem putai sunt que eadem ut omnia
liquabilia ex aqua esse aut veluti
ex ere statua. Alio vero ex primo
movente principio ut ex quo pugna ex
convicio hoc enim est principium pug-
ne. Alio ex composito ex materia
et forma ut ex toto partes. et versu-
lus ex iliade et ex domo lapides fi-
nis. n. forma est perfectum vero habens
finem. hec autem ut ex parte species ut
homo ex bipede et sillaba ex elemento.
Aliter. n. hoc et statua ex ere nam ex
sensibili materia est composita substantia sed et
species ex speciei materia. hec quidem igitur sic dicuntur.
Alio vero si secundum partem aliquam horum
alias existit modorum ut ex patre et matre
puer et ex terra plante quia ex aliqua
parte ipsorum. alio vero post quod tempore
ut ex die nox. ex serenitate yeme
imps. quia hoc post hoc. Horum autem hec
quidem quia habent transmutationem ad in-
vicem ita dicuntur ut et que nunc dic-
ta sunt. hec autem eo quod secundum tempus et con-
sequenter solum ut ex equinoctio fie-
bat navigatio. quia post equinoctium
fiebat navigatio. quia post aut et ex
dyonisiis targelia quia prime dyonisio post

Pars quidem dicitur uno modo in qua
quidem tamen in quantum dividetur
utique quantum quantumcumque semper enim ablatum
a quanto in quantum quantum pars illi-
us dicitur ut eius duo pars dicitur aliqualiter.
Alio vero tamen que talia mensurant
solum propter quod duo eius sunt quidem
ut dicitur pars sunt autem ut non. Amplius
in que dividetur utique species sine quantitate
et hec partes huius dicuntur. Eo vero
species generis dicuntur esse partes. Amplius
in que dividitur ab aut ex quibus com-
ponitur totum aut species aut habens
speciem ut spere eree aut cubi eree
es est pars. hoc autem est materia in qua
species et angulus pars. Amplius que
sunt in ratione utrique ostendente
et hec partes totius propter quod genus speciei

ut ipsa dicitur alia; autem species generis partes.

Totum dicitur et cuius nulla pars abest ex quibus dicitur totum natura, et continens contenta ut unum aliquid sint illa. Hoc autem dupliciter: aut enim ut unumquodque unum aut ut ex hiis unum. Universale quidem enim et quod totaliter dicitur ut totum aliquid ens, sic est universale quia multa continens in predicando de unoquoque, et unum omnia esse ut unumquodque, puta hominem equum deum quia omnia animalia. Continuum vero et finitum quando unum aliquid ex pluribus existens, et que insunt maxime quidem potentia, si autem non, in energia. Horum vero eorundem magis que sunt natura quam arte talia, quemadmodum et in uno dicebamus, tamquam existente totalitate unione aliqua. Amplius quanto habente principium et medium et ultimum, quorumcumque quidem non facit positio differentiam omne dicitur, quorum vero facit totum, quecumque ambo contingunt et tota et omnia sunt. Sunt autem hec quorumcumque aliquid natura quidem eadem manet in transpositione, forma vero non, ut cera et vestis; et enim totum et omne dicuntur, habent enim ambo. Aqua vero et quecumque sunt humida et numerus omne quidem dicuntur, totus vero numerus et tota aqua non dicitur nisi metaphora. Omnia vero dicuntur in quibus omne ut in uno, in hiis omnia ut in divisis: omnis hic numerus, omnes hee unitates.

Colobon vero dicitur quantorum non quodcumque, sed partibile oportet ipsum esse et totum. Nam duo non sunt coloba altero ablato uno; non enim equale colobuma et reliquum numquam est; nec totaliter numerus nullus; et enim substantiam oportet manere: si calix colobus, adhuc oportet esse calicem; numerus autem non adhuc idem. Adhuc autem et si partium dissimilium sint, nec hec omnia; numerus enim est ut dissimiles habet partes et dualitatem et trinitatem. Sed totaliter quorum non facit positio differentiam nullum colobon, ut aqua aut ignis. Amplius continua oportet esse: nam armonia est ex eis que sunt dissimilium partium et positionem habent, coloba autem non sic. Adhuc autem nec quecumque tota, nec hec cuiuslibet particule privatione coloba. Non enim oportet que principalia substantie nec ubicumque entia: ut si perforetur calix non colobum, sed si auricula aut extremitas aliqua; et homo non si carnem aut splenem, sed si extremitatem; et hoc non omnem, sed que non habet generationem ablata tota. Quapropter calvi non sunt colobi.

Genus dicitur hoc quidem si sit generatio continua speciem eandem habentium, ut dicitur donec utique hominum genus sit, quia donec est generatio continua ipsorum. Aliud vero a quo sunt primo movente ad esse. Sic enim dicuntur ellines genere et iones, quia hii ab elline et illi a ione primo generante; et magis qui a generante quam qui a materia; dicuntur enim et a femina genere, ut a pirra. Amplius autem ut superficies figurarum genus superficialium, et solidum solidorum figurarum; enim unaqueque hoc quidem superficies talis, hoc solidum figurarum tale. Hoc autem est quod subicitur differentiis. Amplius ut in rationibus quod primum inest quod dicitur in eo quod quid est, hoc genus cuius differentie dicuntur qualitates. Genus quidem totiens dicitur: aliud quidem secundum generationem continuam speciei eiusdem, aliud quod secundum primum movens eiusdem speciei, aliud vero ut materia; cuius enim differentia et qualitas est, hoc est subiectum quod

[Marginal notes: "numerus"; "sed talia oportet esse et positionem"; "si"; "si carnem"]

dicimus materiam.

Diuisa vero genere dicuntur quorum diuersum primum subiectum et non resoluitur alterum in alterum nec ambo in idem ut species et materia diuersum genere et quecumque secundum diuersam figuram cathegorie entis dicuntur. Cathegoriarum namque que quidem est significatiuo entium alia quid, alia quale, alia ut diuisum est prius; nec enim resoluuntur nec in inuicem nec in unum aliquid.

Falsum dicitur uno quidem modo ut res falsa et huius hoc quidem per non componi aut per impossibile esse componi sicut dicitur dyametrum esse commensurabilem aut te sedere. Horum enim falsum hoc quidem semper hoc vero quandoque. Sic enim non entia hec. Alia vero que sunt quidem entia et apta nata sunt uideri aut non qualia sunt aut que non sunt ut sciagraphia et sompnia; hec namque sunt aliquid sed non quorum faciunt fantasiam. Res igitur false sic dicuntur aut quia non sunt ipse aut quia ab eis fantasia non entis est. Ratio vero falsa que est non entium in quantum falsa, unde omnis ratio falsa alterius quam cuius est uera, ut que circuli falsa trigoni. Cuiuslibet autem ratio est quidem ut una que eius quod quid erat esse. Est autem ut multe quoniam idem aliqualiter ipsum et ipsum passum ut Socrates et Socrates musicus. Falsa autem ratio nullius est simpliciter ratio. Quapropter Antistenes opinatus est fatue nichil dignatus dici nisi propria ratione unum in uno; ex quibus accidit non esse contradicere, fere nec mentiri. Est autem unumquodque dicere non solum sua ratione sed et ea que alterius, falso quidem et omnino. Est autem ut et uere sicut octo duplum dualitatis ratione. Hec quidem igitur ita dicuntur falsa. Homo autem falsus qui promptus et electiuus talium rationum non propter aliud aliquid sed propter id ipsum, et qui aliis talium factor rationum sicut res dicimus esse falsas quecumque falsam faciunt fantasiam. Quare in Ypia oratio refutatiua ut eadem uera uel falsa. Potentem namque mentiri accipit falsum; hic autem sciens et prudens. Amplius uolentem prauum meliorem. Hoc autem falsum accipit per inductionem; nam uoluntarius claudicans non uoluntario melior, claudicare imitari dicens, quoniam si claudus uoluntarius deterior forsan sicut in more et hic.

Accidens dicitur quod inest alicui et uerum est dicere, non tamen nec ex necessitate nec secundum magis, puta iam aliquis fodiens plante fossam inuenit thesaurum. Hoc ergo accidens fodienti fossam inuenire thesaurum. Non enim ex necessitate hoc ex hoc aut post hoc, nec ut secundum magis si quis plantat inuenit thesaurum. Et quis musicus erit albus, sed quoniam nec ex necessitate nec ut secundum magis hoc fit, accidens ipsum dicimus. Quare quoniam est existens aliquid et alicui, et horum quedam et alicubi et quando, quodcumque existit quidem sed non quia hoc, aut nunc aut hic, accidens erit. Nec est aliqua causa determinata accidentis sed contingens; hoc autem indeterminatum. Accidit enim alicui Eginam uenire si non propter hoc aduenit ut illuc ueniret, sed a yeme expulsus aut a latronibus captus. Euenit quidem et est accidens, at non in quantum ipsum sed in quantum alterum; yemps enim est causa non quo nauigabat ueniendi, hoc autem erit Egina. Dicitur et aliter accidens ut quecumque existunt unicuique secundum se non in substantia entia, uelud triangulo duos rectos habere. Et ista quidem contingit sempiterna esse, illorum uero nullum. Huius autem ratio in aliis.

Principia et cause queruntur entium, palam autem quia in quantum entia. Est enim aliqua causa sanitatis et convalescentie, et sunt et mathematicorum principia et elementa et cause, et totaliter omnis scientia intellectualis participans aliquid intellectus circa causas et principia est aut certiora aut simpliciora. Sed omnes iste circa unum quid et genus aliquod circumscripte de hoc tractant, sed non de ente simpliciter neque in quantum est ens, nec de ipso quod quid est nullam rationem faciunt. Sed ex hoc alie quidem sensum facientes ipsum manifestum, alie autem suppositum facientes quod quid est, sic que secundum se insunt generi circa quod sunt demonstrant aut magis necessarie aut infirmius. Quapropter palam quia non est demonstratio substantie neque eius quod quid est ex tali inductione, sed quidam alius modus ostensionis. Similiter autem nec si est aut non est genus circa quod versantur nichil dicunt, propter eiusdem rationis esse ipsum quod quid est manifestum facere et si est hoc.

Quoniam vero physica scientia est circa genus quoddam entis, nam circa talem est substantiam in qua est principium motus ac status in ea, palam quia neque activa est neque factiva. Factivarum enim in faciente principium aut intellectus aut ars aut potentia quedam; activarum vero que in agente prohaeresis. Idem enim agibile et eligibile. Quare si omnis scientia aut factiva aut activa aut theorica, physica theorica quedam est. Sed theorica circa tale ens quod est possibile moveri, et circa substantiam que secundum rationem ut secundum magis non separabilem solum. Oportet autem quod quid erat esse et rationem quomodo est non latere, tamquam sine hoc querere nichil facere. Sic diffinitorum autem et ipsorum quod quid est hec quidem ita sunt ut simum, illa vero ut concavum. Differunt autem hec quia simum quidem conceptum est cum materia, est enim simum nasus concavus, concavitas vero non sine materia sensibili. Si ergo omnia physica similiter ymo dicuntur, ut nasus oculus facies caro os, totaliter animal, folium radix cortex, totaliter planta (nullius enim ratio sine motu est, sed semper habet materiam), palam quomodo oportet in physicis ipsum quid est querere et diffinire. Ideo quia et de anima quadam speculari est physici, quecumque non sine materia est. Quod quidem physica theorica manifestum ex hiis. Sed est et mathematica theorica; sed si immobilium et separabilium est, nunc adhuc non manifestum; quia tamen quedam mathemata in quantum immobilia et in quantum separabilia speculantur, palam. Si vero est immobile aliquid et separabile et sempiternum, palam quia est theorice id nosse, non tamen physice, nam de mobilibus quibusdam est physica, nec mathematice, sed prioris ambarum. Physica namque circa inseparabilia quidem sed non immobilia, mathematice autem quedam circa immobilia quidem sed inseparabilia forsan, verum quasi in materia; prima vero circa separabilia et immobilia. Necesse vero omnes quidem causas sempiternas esse, maxime vero has; hee namque cause manifestis divinorum. Quare tres erunt philosophie theorice: mathematica, physica, theologia. Non enim immanifestum quia si alicubi divinum existit, in tali natura existit. Et honorabilissimam oportet scientiam esse circa honorabilissimum genus. Que quidem ergo theorice aliis scientiis desiderabiliores sunt, hec autem theoricis. Dubitabit utique aliquis utrum prima philosophia sit universalis aut circa aliquod genus et naturam unam. Non enim idem modus nec in mathematicis, quia geometria et astrologia circa aliquam naturam sunt, illa vero universaliter omnium est communis. Si quidem ergo non est aliqua alia

Nota quod ex hac littera videtur velle philosophus quod a ... mathematica ... magis ... manifestum quod ... [illegible]

si vero est aliqua substantia

stantia praeter naturam consistentes physi-
ca utique erit prima scientia immobilis.
Haec prior est et philosophia prima et universalis
sic quia prima. Et de ente inquantum ens
huius utique erit speculari et quid est et quae insunt
inquantum ens.

Sed quoniam ens simpliciter dictum dicitur
multipliciter, quorum unum quidem erat
quod secundum accidens, et aliud quod ut verum,
et non ens ut falsum; praeter haec autem
sunt figurae categoriae, ut quid, qua-
le, quantum, ubi, quando, et si quid aliud
significat hoc modo. Amplius praeter haec omnia quod
potestate et actu. Quoniam multipliciter
dicitur ens, primum de eo quod secundum accidens est
dicendum, quia nulla est circa id speculatio. Signum
autem: nulla namque scientia nec activa nec factiva
studiosum est de eo nec theorica.
Solum namque faciens domum facit quaecumque
accidunt simul domui fienti; infinita
sunt enim. Huic quidem namque voluptuosam,
illi autem nocivam, alii autem utilem
nihil prohibet esse factam, et alteram ut
est dicere ab omnibus entibus, quorum nullius
est aedificativa factiva. Eodem vero modo nec
geometer speculatur sic accidentia figuris,
nec si alterum est trigonum et trigonum
duos rectos habens. Et hoc rationabili-
ter accidit; quasi nomine enim solum ac-
cidens est. Unde Plato modo quodam non
male sophisticam circa non ens ordi-
navit. Sunt enim sophistarum rationes
circa accidens, ut est dicere maxime omnium, utrum
diversum aut idem musicum et gramma-
ticum, et musicus Coriscus et Co-
riscus, et si omne quod est et non semper
factum est, quare si musicus ens gram-
maticus est factus, et grammaticus et
musicus, et quaecumque aliae rationum
tales sunt. Videtur enim accidens propinquum
quid non enti. Palam autem ex hu-
iusmodi rationibus; nam aliorum modo entium generatio

est et corruptio, eorum vero quae sunt
secundum accidens non est. Attamen dicendum amplius
de accidente inquantum contingit, quae eius natura
et propter quam causam est; simul enim forsan
palam erit et quare eius non est
scientia. Quoniam igitur sunt in entibus haec quidem
semper similiter se habentia et ex necessitate, non ea
secundum violentiam dicta, sed quam dicimus non contingere
aliter, illa vero ex necessitate quidem non sunt
nec semper, sed quae ut in pluribus, hoc principium
et haec causa eius quod est accidens esse. Quod enim
nec semper nec quod ut in pluribus est, hoc dicimus
accidens esse. Ut sub cane si fiunt hiems
et frigus, hoc accidere dicimus, sed non si aestua-
tio et calor, quia hoc quidem semper aut ut in
pluribus, illud vero non. Et hominem album
esse accidit, nec enim semper nec ut in pluribus,
animal vero non secundum accidens. Et aedificatorem
sanitatem facere accidens, quia non est
hic natus facere aedificator sed medicus;
sed accidit medicum esse aedificatorem.
Et coquus voluptatem coniectans fa-
ciet utique aliquid salubre, sed non secundum
pulmentariam. Quare propter accidens dicimus est,
et facit simpliciter autem non. Aliorum
enim aliae potentiae factivae sunt, horum
vero nulla ars nec potentia determinata; nam eorum
quae secundum accidens entium aut factorum causa est
secundum accidens. Quare quoniam non omnia
sunt ex necessitate et semper aut entia
aut quae fiunt, sed plurima sunt magis,
necesse esse quod secundum accidens ens, ut nec
semper nec ut in pluribus albus musicus
est. Quoniam vero fit aliquando, secundum accidens erit;
si autem non, omnia erunt ex necessitate.
Quare materia erit causa contingens praeter quod
ut in pluribus aliter accidentis. Principium
autem hoc oportet sumere, utrum nihil est nec
semper nec ut in pluribus, aut hoc impossibile
est. Est ergo praeter haec quod utcumque contingit
et secundum accidens. Sed utrum hoc quod in pluribus
et quod semper nulli insunt aut sunt quaedam

sempiterna de hiis quidem igitur posterius per-
scrutandum. Quod autem scientia non est ac-
cidentis palam. scientia namque omnis aut
est eius quod semper aut eius quod frequenter magis.
et enim quomodo docebit aut docebitur alium? oportet enim
distingui aut per semper aut per magis. ut
quia utile mellicratum febricitanti ut
frequenter magis. quod autem preter hoc non habebit
dicere quando. puta nova luna. aut enim
semper aut ut in pluribus et quod nova luna.
accidens autem est preter hoc. Quid quidem igitur
est accidens et propter quam causam et quod scientia non est
eius dictum est. Quod autem sunt principia
et cause generabilia et corruptibilia
sine generari et corrumpi palam. si enim non
hoc ex necessitate omnia erunt si eius
quod fit et corrumpitur non secundum accidens causam a-
liquam necesse est esse. utrum enim erit hoc aut
non? si hoc fiat. si autem non, non. hoc autem
si aliud. et ita palam quia semper tempore ablato
a finito tempore veniet usque ad nunc. quare
hic morietur infirmitate aut vi, erit
hoc autem si sitit. sed hoc si aliud. et ita veniet
ad quod nunc est aut in factorum aliquid. ut si sitit
hoc autem si comedit acuta. hoc autem est aut non.
quare ex necessitate morietur aut non
morietur. Similiter autem et si supersiliat
aliquis ad facta eadem ratio. Iam enim est hoc in a-
liquo. dico autem factum. ex necessitate igitur
omnia erunt que futura ut mori
vivum. fore iam enim aliquid factum
est. factum est ut contraria in eodem corpore. sed
infirmitate aut vi, nondum nisi hoc factum
sit. Palam igitur quia usque ad aliquod
vadit principium. hoc autem ad non adhuc
ad aliud. Erit igitur quod utique eius quod ut contingit
evenit ipsum. et causa generationis ipsius
nulla. sed ad principium quale et causam
qualem reductio talis utrum ut ad
materiam aut ut ad quod cuius gratia aut
ut ad movens maxime perscrutandum.
Que quidem igitur de ente secundum accidens pretermittantur,

determinatum enim sufficienter. quod autem ut
verum ens et non ens ut falsum. Quoniam
secundum compositionem et divisionem totaliter non est circa
partitionem contradictionis. verum enim eius
affirmationem in composito habet. negationem vero
in diviso. hoc falsum eius partitionis con-
trarium. Quomodo autem quod simul aut
quod separatim intelligere accidit alius sermo.
Dico autem quod simul et quod separatim ut quod
non eo quod consequenter. sed unum aliquid fiat. non enim
est falsum et verum in rebus. ut quod quidem bonum
verum. quod autem malum falsum. sed in mente.
Circa hoc simplicia et quod quid est nec
in mente est. Quecumque igitur oportet speculari circa sic
ens et non ens posterius perscrutandum
est. Quoniam autem complexio est et divisio in mente
et non in rebus. quod autem ita ens est alterum a propriis
aut enim quod quid est aut quia quale aut quia
quantum aut si quid aliud copulat
aut dividit mens. quod quidem ut accidens
tale et quod ut verum ens pretermittendum. causa
enim huius quidem indefinita. illius vero
mentis aliqua passio. et utraque circa
reliquum genus entis. Quoniam propter ea
quidem pretermittantur. perscrutande vero
sunt ipsius entis cause et principia
in quantum ens. palam autem in quibus
determinavimus de quotiens unumquodque
dicitur quia multipliciter dicitur ens. significat enim hoc quidem quod quid est.

[illegible]

Ens dicitur multipliciter sicut divisimus in hiis
que de quotiens. significat
enim hoc quidem quod quid est et hoc
aliquid. illud vero quia quale
aut quantum aut aliorum unumquodque sic predi-
catorum. totiens autem ente dicto palam
quia horum primum ens quod quid est quod significat substan-
tiam. quando dicimus quale quid hoc aut bo-
num dicimus aut malum. sed non tricubitum
aut hominem. quando vero quid est nec album
nec calidum nec tricubitum sed hominem
aut deum. alia vero dicuntur entia eo quod

totalis entis, hec quidem qualitates esse, illa vero
quantitates, alia passiones, alia aliud
quid tale. Unde et utique dubitabit
aliquis utrum vadere et sanare et sedere
unumquodque ipsorum sit ens aut non ens,
similiter autem et in aliis talibus; nichil enim
ipsorum est nec secundum se aptum natum
nec separari possibile a substantia, sed magis
siquidem vadens entium est aliquid et se-
dens et sanans. Hec autem magis ap-
parent entia, quia est aliquid subiectum ipsis
determinatum; hoc autem est substantia et unumquodque quod
quidem in cathegoria tali apparet;
bonum enim aut sedens non sine hoc dicitur. Pala-
m igitur quia propter eam et illorum singula
sunt. Quare primum ens et non aliquid ens
sed ens simpliciter substantia utique erit. Multi-
pliciter igitur quod dicitur primum, sed substantia omnium
primum ratione et noticia et tempore.
Aliorum enim cathegorematum nullum
est separabile, hec autem sola. Et ratione autem
hoc primum. Necesse enim in uniuscuiusque ratione
substantie rationem esse. Et scire autem tunc singula
maxime putamus quando quid est homo
cognoscimus aut ignis, magis quam
quale aut quantum aut ubi, quoniam
tunc horum eorundem singula scimus quando quid
est ipsum quale aut quantum scimus. Et quod
olim et nunc et semper quesitum est
et semper dubitatum quid ens, hoc est que
substantia. Hanc enim hii quidem unum esse dicunt, illi
vero plura quam unum, et hii quidem fi-
nita, illi vero infinita. Quapropter et nobis
maxime et primum et solum ut est dicere
de sic ente speculandum est quid est. Videtur
autem substantia existere manifestissime
quidem corporibus; unde alia et plantas et
eorum partes substantias esse dicimus et naturalia
corpora ut ignem et aquam et terram
et talium singula et quecumque aut p-
artes eorum aut ex hiis sunt aut
partibus aut omnibus, ut celum et partes

astra et luna et sol. Utrum autem hee sole sub-
stantie sunt aut et alie, aut horum quedam et illarum
alie autem quedam, perscrutandum. Videntur
autem quibusdam corporis termini et super-
ficies et linea et punctus et unitas esse
substantie magis quam corpus et solidum.
Amplius igitur preter sensibilia hii quidem non
opinantur esse aliquid talium, illi vero plura
et magis entia sempiterna, ut Plato
species et ipsas et mathematica duas substantias,
tertiam vero sensibilium corporum substantiam. Speusippus
plures substantias ab uno incipiens et principia
cuiusque substantie, aliud quidem numerorum, aliud autem mag-
nitudinum, deinde autem anime et hoc modo
protendit substantias. Quidam vero species et numeros
eandem habere dicunt naturam, alia vero habita, li-
neas et superficies usque ad primam celi
substantiam et sensibilia. De hiis igitur quid dicitur
bene aut non bene, et que sunt substantie, et
utrum sint aliquae preter sensibiles et aut
non sunt, et iste quomodo sunt, et utrum
est aliqua separabilis substantia, et quare
et quomodo, aut nulla preter sensibilem, perscru-
tandum, cum descripserimus primo substantiam quid est.

Dicitur autem substantia si non multipliciter,
in quattuor tamen maxime. Et enim quod quid erat
esse et universale et genus videtur substantia esse cuiusque,
et quartum horum subiectum. Subiectum vero est de quo
alia dicuntur, et illud ipsum non adhuc
de alio; propter quod primum de hoc determinandum
est; maxime namque videtur esse substantia subiectum
primum. Tale vero modo quodam substantia dicitur, alio
modo forma, tertio vero quod ex hiis. Dico autem
materiam quidem es, formam aut figu-
ram speciei, quod autem ex hiis. Dico autem
materiam quidem es, formam aut figu-
ram speciei, quod autem ex hiis statuam
totam. Quare si species est materia prior
et magis ens, et ipso quod ex utrisque
prior erit propter eandem rationem. Nunc quidem igitur
typo dictum est quid substantia, quia quod non de
subiecto sed de quo alia. Oportet autem non solum

ita non enim sufficiens ipsum. Hoc enim manifestum
est et materia substantia fit. Si enim non est ista substantia
que est alia diffugit. aliis enim sublatis
nil apparet remanens. Nam alia
quidem corporum sunt passiones et factiones
et potentie. longitudo vero et latitu
do et profunditas quantitates quedam
sunt sed non substantie. quantitas enim non substantia
sed magis cui insunt hec ipsa primum illud
est substantia. At vero ablata longitu
dine et profunditate nichil videmus re
manens nisi si quid est determinatum ab
his. quare materiam necesse videri solam
substantiam sic intendentibus. Dico autem
materiam que secundum se nec quid nec
quantitas nec aliud aliquid dicitur quibus ens
est determinatum. Est enim quoddam quo
predicatur horum quorum esse alterum
et cathegoricum unumquodque. alia
namque de substantia predicantur. Hec vero
de materia. Quare quod est ultimum secundum
se nec quid nec quantitas nec aliud
aliquid est. nec utique negationes. Et
enim hee erunt secundum accidens. Ex hiis
ergo speculantibus accidit substantiam esse
materiam. Sed impossibile est. Et enim separabile
et hoc aliquid inesse videtur substantie maxime. Quapropter
species et quod ex ambobus substantia vi
debitur esse magis quam materia. Eam quidem
que ex ambobus substantiam. Dico autem
eam que est ex materia et forma
dimittendum. posterior enim est et ap
ta. Manifesta autem aliqualiter et
ista. De tertia autem perscrutandum. hec
namque maxime dubitabilis. Confi
tentur autem substantias esse sensibilium
quasdam. quare in hiis querendum
primum. Quoniam autem in principio divisi
mus quot modis determinamus
substantiam et horum unum videtur quod quid
erat esse. speculandum est de
ipso. Prodest enim ad transire ad quod

notius est. Disciplina enim ita fit
omnibus per minus nota nature ad nota
magis. et hoc opus est quemadmodum in actibus
facere ex unicuique bonis totaliter
bona et unicuique bona sic et ipsi
notioribus que nature quidem nota ipsi
nota. Que autem simpliciter nota
et prima multotiens debiliter no
ta et parum aut nichil entis habet.
Attamen ex male quidem noscibilibus
ipsi autem noscibilibus que omnino
noscibilia noscere temptandum
procedentes sicut dictum est per hec ipsa.
Et primo dicemus quedam de
eo logice quid est quod quid erat
esse unicuique quod dicitur secundum se. Non enim est
esse musicum esse tibi. Non enim secundum te
ipsum es musicus. Quod ergo secundum
te ipsum. Neque hoc omne. Non enim
quod ita secundum se ut superficiei album
quia non est superficiei esse et album
esse. At vero nec quod ex utrisque ut superficiei
albe esse. Quare quia adest hoc
in qua ergo non inerit ratione ipsum
dicente ipsum hec ratio erit quid erat
esse singulis. Quare si superficiei
albe esse est superficiei esse leni. superficiei
albo et leni esse idem esse et unum.
Quoniam vero sunt et secundum alias cathe
gorias composita. est enim aliquod subiectum cuique
ut qualitati et quantitati et quando
et ubi et motui perscrutandum ergo
si est ratio ipsius quid erat esse cuique
ipsorum esse et inest hiis ipsum quid
erat esse ut albo homini quid erat
albo homini. Sit itaque nomen ipsi vestis.
Quid est vesti esse. At vero nec secundum
se dicitur. Hoc autem ipsum non secundum se
dicitur dupliciter. et huius est aliud quidem
ex additione. aliud vero non. Hoc quidem enim
eo quod ipsum addatur quod diffinitur
ut si albo esse diffiniens dicat

albi hominis rationem. Hoc autem eo quod alii
ipsi, ut si significet vestis album ho-
minem, diffiniat vestem ut
album. Albus utique homo est
quid album, non tamen quod quid erat
esse albo esse sed vesti esse. Ergo est si quod quid
erat esse aliquid aut totaliter aut non?

¶ Est quidem enim quod quid erat esse est id quod
quid erat esse. Cum vero aliud de alio dicitur
non est quod quid hoc aliquid, ut albus ho-
mo non est quod vere hoc aliquid, si quidem hoc substan-
tiis inest solum. Quare quod quid er-
at esse est et quorumcumque ratio est diffinitio.
Diffinitio vero est non si nomen rationi idem si-
gnificet. Omnes enim erunt rationes ter-
mini; erit enim nomen quodcumque rationi
idem.

¶ Quare et Ylias diffinitio erit,
sed si primi alicuius fuerit. Talia vero
sunt quecumque dicuntur non eo quod aliud de
alio dicatur. Non erit ergo nulli non
generis specierum existentis quod quid erat esse,
sed de hiis solum; hec enim videntur non
secundum participationem dici et passionem
nec ut accidens. Sed ratio quidem erit
utique et aliorum quid significet, si est no-
men, quia hoc huic inest, aut pro sermo-
ne simplici certior; diffinitio vero non
erit nec quod quid erat esse. Aut et diffinitio
sicut et quod quid est multipliciter dicitur? Et enim quod
quid est uno quidem modo significat substantiam
et hoc aliquid, alio vero quodcumque predicamentorum,
quantitatem et qualitatem et alia
quecumque talia sunt. Sicut enim et le
est existit in omnibus, sed non similiter, sed huic
quidem primo, illis vero consequenter, ita et
quod quid est simpliciter quidem substantie, alio
vero modo aliis. Et enim qualitatem
dicimus utique quid est. Quare et quali-
tas eorum que quid est quidem, sed non
simpliciter; sed sicut de non ente logice
dicunt quidam esse non ens, non simpliciter
sed non ens, sic et qualitatem.

¶ Opor-
tet quidem ergo intendere et quomodo oportet dicere circa
unumquodque, non tamen magis quam quomodo se habet.

¶ Quapropter et nunc quoniam quod dicitur manifestum,
et quod quid erat esse similiter, erit primum
quidem et simpliciter quod quid erat esse
substantie, deinde aliis quemadmodum quid est, non
simpliciter quod quid erat esse, sed qualita-
ti aut quantitati quod quid erat esse.
Oportet enim aut equivoce hec dicere esse entia
aut addentes aut auferentes quem-
admodum et quod non scibile scibile.

¶ Quoniam hoc quod
rectum est, nec equivoce dicere nec eodem
modo, sed quemadmodum mediale eo quod ad idem quidem
et unum, non idem autem et unum; nec enim
equivoce. Nec enim medicativum corpus
et opus et vas dicitur nec equivoce
nec secundum unum, sed ad unum. Hoc quidem ergo
quocumque modo quis velit dicere, differt
nichil. Illud autem palam, quia que primo et
simpliciter diffinitio et quod quid erat esse substantiarum
est solum; et aliorum similiter est, verumptamen non
primo. Non enim est necesse, si hoc ponimus,
huius diffinitionem esse quod utique non eo quod
continuum sicut Ylias aut quecumque
colligata sunt, sed si quotiens dicitur unum.
Unum vero dicitur sicut ens; ens autem hoc quidem
hoc aliquid, aliud vero quantitatem, aliud vero qua-
litatem significat. Quapropter erit albi
hominis ratio et diffinitio, alio modo vero quam et albi
et substantie. Habet autem dubitationem, si quis non dicat
diffinitionem esse ex additione rationem, cuius
erit diffinitio ipsorum non simplicium
sed copulatorum; ex additione enim necesse est pa-
lam facere. Dico autem ut est nasus
et concavitas et symitas ex du-
obus dictum eo quod hoc in hoc, et non
secundum accidens sed tamen nec concavitas
nec symitas passio nasi, sed secundum se,
nec ut album Callie aut homini,
quia Callias albus cui accidit hominem
esse, sed ut masculinum animali et quantita-
ti equale et omnia quecumque secundum se

dicitur existere. Hec autem sunt in quibus existit aut ratio aut nomen cuius hec passio et non contingit ostendere separatim sicut album sine homine contingit sed non femininum sine animali. Quare horum quod quid erat esse et diffinitio aut non est alicuius aut si est aliter est quemadmodum diximus.

Est autem et alia dubitatio de eis. Si enim idem simum nasus est et concavus nasus est idem erit simum et concavum. Si vero non quia impossibile est dicere simum sine re cuius est passio per se. Et est simum concavitas in naso. Nasum simum dicere aut non est aut bis idem erit dictum nasus concavus nasus. Nasus enim simus nasus concavus erit. Propter quod inconveniens est inesse talibus quod quid erat esse. Si autem non in infinitum sunt. Naso namque naso simo si non adhuc aliud inerit. Palam itaque quod solius substantie est diffinitio. Nam et si aliarum cathegoriarum necesse et ex additione esse ut equalitatis et imparis. Impar enim sine numero nec que est femininum sine animali. Ex additione vero dico in quibus accidit idem bis dicere sicut in hiis. Si vero hoc verum non copulatorum erit ut numeri imparis. Sed latet quia non certe dicuntur rationes. Si vero et horum sunt aut aliter sunt aut quemadmodum dictum est multipliciter oportet dicere esse diffinitionem et quod quid nec quod erat esse alicui inerit nisi substantiis sic et erit.

Quod quidem igitur est diffinitio que ipsius quid erat esse ratio et quod erat esse aut solum substantiarum est aut maxime et primum et simpliciter.

Utrum autem idem est aut alterum quod quid erat esse et unumquodque perscrutandum est. Est enim ad propositum ad substantiam perscrutationem. Singulum enim non aliud videtur esse a sua substantia et quod quid erat esse dicitur singuli substantia. In dictis quidem itaque secundum accidens videbitur diversum esse ut albus homo alterum ab albo homini esse. Si enim idem homini esse et albo homini idem. Idem enim homo et albus homo ut dicunt. Quare et albo homini et homini. Aut non necesse est secundum accidens esse eadem. Non enim

similiter extremitates fiunt eedem. Sed forsan illud videtur accidere extremitates fieri easdem secundum accidens ut albo esse et musico. Videtur autem non. In dictis autem per se semper necesse idem esse ut si que sunt substantie a quibus altere non sunt substantie nec altere nature priores quales dicunt ydeas esse quidam.

Si enim erit aliud quidem ipsum bonum et quod bono esse, animali et quod animali aliud, esse et ens et quod enti erunt alie alie substantie et nature et ydee preter dictas, et priores substantie ille si quod quid erat esse substantia est. Et si quidem absolute ab invicem, harum quidem non erit scientia, hec autem non erunt entia. Dico autem absolui si nec bono ipsi existit esse bono nec huic esse bonum. Scientia enim cuiusque hec quod quid erat illi esse. In bono et in aliis similiter se habet. Quare si nec bono esse bonum nec quod enti ens nec quod uni unum. Similiter autem omnia sunt aut nullum quod quid erat esse. Quare si nec quod enti ens aliorum nullum. Amplius cui non inest bono esse nec bonum. Necesse igitur unum benignum et benigno esse et bonum et bono esse. Et quecumque non secundum aliud dicuntur sed prima et secundum se. Illud enim sufficiens si existit quamvis non sint species magis autem forsan et si sint species. Simul autem palam quia si sunt ydee quales quidam dicunt non erit subiectum substantia has enim substantias esse est necesse non de subiecto autem erunt per participationem.

Ex hiis itaque rationibus unum et idem non secundum accidens ipsum unumquodque et quod quid erat esse. Et quod scire unumquodque est quod quid unum quod erat esse scire. Quare secundum expositionem necesse unum aliquid esse ambo. Secundum vero accidens dictum est ut musicum aut album propter duplex significare non est verum dicere quia idem quod quid erat esse et ipsum. Et enim cui accidit esse album et accidens. Quare quidem ut idem est autem ut non idem quod quid erat esse et ipsum. Palam homini et homini albo non idem. Sed passioni autem idem. Absurdum autem apparebit et si quis unicuique

nom̄ ipositū isto᷑ quid erat ee erat
eni et preter illud aliud ei q̄ q̄ erat ee
equo ipsi q̄ q̄ erat ee equo altm̄ et
quid ꝑhibet nisi ee quid statim q̄
erat esse si quid et est q̄ q̄ erat ee
at ū nō solū unū sꝫ et rō eadē ipsorū
sic palam ē et ex dcīs quid dic̄ ēe nō
eū sm̄ accīns unū q̄ unū ee et unū.
Amplius si ad erit infinitū sunt hꝫ q̄d
erat esse lēm ee ū unū. Qr̄e et in
alus erit eadē rō. Qꝫ quid ḡ i pri
mis et sm̄ se dcīs unūquodqꝫ ee et unū
q̄ rō et unū palam. Sophistici aūt
elenchi ad ꝑ pōm hūc palam q̄ eadē
soluantur solōne et si idē socrates et
socrati ee. nichil n. differt nec ex quibꝫ
interrogabūt utiqꝫ ad nec ex quibus
soluens fiūt quō et quid ḡ q̄ q̄ erat
ee idē et quō nō idē unūquodqꝫ dcm̄ est.

Eorum aūt que fiunt hꝫ quid
natura fiūt. hꝫ aūt arte alia
a casu. oīa uō que fiūt ab aliquo
fiūt et ex aliquo et aliquid. hꝫ aūt ad
dico sm̄ quālꝫ cathegoriam aut. n. hꝫ
aut q̄tum aū quale aū qñ. Et
gñones aut nāles quid hec sunt q̄
gño ex n̄ est. hꝫ aūt ex quo fit q̄
fit dicimꝫ mām. hꝫ aūt a quo eorū que
a nāt ad sunt. hꝫ aūt ad hō aut plā
ta aut aliud q̄ taliū que maxime
dicās dicimꝫ ee. Oīa uō que fiunt
aut natura aut arte hn̄t mām
possibile n. ee et nō esse eorū q̄lꝫ. hꝫ aūt
ē que in uno quoqꝫ m̄. Uniūr aūtē
n̄c et ex quo n̄ et sm̄ q̄ n̄ sm̄ hꝫ nāt
ut planta aut aīal et a quo que sm̄
spēm dcā natura q̄ eiusdē spēi. hꝫ ac
i alio hō nāque hoīem gñat sic q̄dē
ḡ fiūt que fiūt ꝑ nām. Gñones
uō alie dicūtur factiones oīs aūt factiones
sūt ab arte aut potēate aut a mente
Harū aūt quedam fiūt et a casu

et a fortuna sil̄r aūt et in factis a natā
quedā. n. et illic eadē et ex spmate fi
unt et sine spmate de hīs quid ḡ
posterius ꝑscrutandū. Ab arte fiūt
uō quorū spēs ē in aīa spēm aūt
dico quid erat ee cuiusqꝫ ut ꝑmam
sbām et n. ꝯtrariorū m̄ quodā eadē spēs
ꝑuōnis. n. sbā que ē sbē opposite ut sani
tas infirmitatis. illi. n. absencia ostēdit
infirmitatis sanitas aūt que in aīa
rō et in scīa sit itaqꝫ sanitas intelligente
ita qm̄ hꝫ sanitas erit hꝫ existere
puta regularitatē. hꝫ si hꝫ calorem
uō ita sp̄ intellit donec utiqꝫ adducat
et i hꝫ q̄ ipse ualet ultimū face. deni
ab hꝫ iam mot' factō uocatur ad sa
nandū. Qr̄e accidit m̄ quodā a sanita
te sanitatem fi et domū ex domo sine
ūsti materiam hn̄tem. Medicalis et
eni et edificatoria spēs sanitatis
et domꝰ dico aūt sbām sine mā q̄ q̄ e
rat ee. Gñonū uō et motuū hꝫ quid
intelligentia uocatur illa uō factō que ab
a ꝑmo et a spē intelligentia. Qꝫ uō ab ultimo
intelligencie factō. Sil̄r aūt et i aliis in
medus unūquodqꝫ fit dico aūt ut si ua
lescat. oꝫ adequari quid ḡ ē adequari
hꝫ. hꝫ aūt erit si calefactō fiūt hꝫ uō quid
ē. hꝫ existit aūt hꝫ potestate. hꝫ ac iam
in ipso faciens itaqꝫ et ubi incipat mot
sanandi si quid ab arte spēs ē que
i aīa. Si uō a casu ab hꝫ quid facie
di ē ꝑncipiū facienti ab arte ut q̄
et medi. forsan a calefactione ꝑncipit
hꝫ aūt face fricatōe calor itaqꝫ in cor
aut ps ē sanitatis aut se eam q̄ tale
q̄ ē ps sanitatis. hꝫ aūt ultimū faciens
q̄ ē ita ps ē sanitatis i domꝰ et lapidis
et aliorū. Qr̄e sicut dr̄ impossibile ee fiem si
nichil p̄existit. q̄ quid ḡ ps ex neces
sitate existet palam. m̄ namqꝫ ps i
est. n. et fit hꝫ. Sic ḡ et eorū que in

racione utraque autem non dicimus eos calidos
quidem sunt et materiam dicentes quia est
et speciem quia sic talis et hoc est genus in
quo primum ponitur. Generatur itaque calidus
habens in ratione materiam. Ex quo vero ut
materia fiunt quedam dicuntur quando fiunt non illud
sed illius modi ut statua non lapis
sed lapidea. Homo autem sanatus
non dicitur illud ex quo. Causa vero quia
fit ex privatione et subiecto quod dicimus materiam
ut et homo et laborans fit sanus
magis tamen dicitur fieri ex privatione ut ex
laborante sanus quam ex homine. Unde
propter quod laborans quidem qui sanus non
dicitur sed homo et homo sanus. Quorum vero privatio
non manifesta et innominabilis ut in ere
figure cuiuslibet aut in lateribus et lignis domus
videntur ex hiis fieri ut illic ex labo-
rante. Propter quod sicut neque ibi ex quo hoc id
non dicitur neque hic statua lignum sed ap-
ponitur lignea non lignum et enea
non es et lapidea non lapis et domus
laterina non lateres. Quoniam nec quia ex
ligno fit statua aut quia ex lateribus
domus si quis valde inspexerit
non utique simpliciter dicet quia oportet permu-
tato fieri ex quo sed non permanente.
Propter hoc quidem ergo ita dicitur.

Quoniam vero ab aliquo fit quod fit hoc autem
dico unde principium generationis est
aut motus est aut aliqua passio
motus. motus autem non est continuus nisi qui
secundum locum et huius qui circulo. At vero
si erit motivum aut effectivum non operans
autem aliquid non erit motus. Contingit
enim potentiam habens non agere. Nichil igitur pro-
derit neque si substantias faciamus sempiternas quem-
admodum qui species sunt nisi aliquod potens
inerit principium transmutare. Non igitur nec ipsa suf-
ficiens, nec alia substantia preter species. si enim
non agens non erit motus. Adhuc
nec si aget substantia autem ipsius potentia non erit
motus eternus. contingit enim quod potentia est
non esse. Oportet igitur esse principium tale cuius
substantia est actus. Amplius igitur tales oportet esse
substantias sine materia. sempiternas enim esse oportet si et
aliquid aliud sempiternum. actu igitur. Quamvis
dubitatio. videtur enim agens quidem omne posse,
sed potens non omne agere. quare
prius esse potentiam. At vero si hoc non erit en-
tium. contingit enim quidem posse esse
nondum vero esse. Et tamen sicut dicunt theologi qui
ex nocte generant aut ut
phisici erant simul res omnes dicunt,
idem impossibile. Quomodo enim movebitur
si non fuerit actu aliqua causa? Non
enim materia ipsa se ipsam movebit, sed
tectonica. nec menstrua neque terra,
sed semina et genitura. Propter quod faciunt
quidam semper actum ut leucippus
et plato. semper enim dicunt esse motum. sed quare
et quem non dicunt. nec sic neque causam.
Nichil enim ut contingit movetur sed oportet aliquid
semper existere quemadmodum nunc natura quidem sic
moto, aut ab intellectu aut alio. Sic deinde
inde qualis prior. Differt enim val-
de quod horum est. At vero nec platoni possibile dicere

nocte

quod existimat aliquando principium esse quod ip-
sum se ipsum mouens. posterius enim
et simul cum celo est anima ut ait plato.
quod ut bene est aut ut non tempus est quo
modo aut actus prius testatur anaxagoras. in-
tellectus enim actus. et empedocles ami-
ciciam et litem. et semper dicentes motum
esse ut leucippus. quare non fuit infi-
nito tempore chaos aut nox sed eadem semper
aut periodo aut aliter si prior est actus
potentia. Si itaque idem semper periodo oportet aliquid semper
manere similiter agens. si autem debeat
fore generatio et corruptio aliud oportet a-
gens esse aliter et aliter. necesse ergo sic quidem
secundum se agere sic uero secundum aliud. aut
ergo secundum alterum aut secundum primum. necesse ergo
secundum hoc idem. nam id ipsique causa et illi.
Dignius ergo primum et. nam causa erat id
ipsius semper similiter. et ipsius aliter alterum.
eius autem quod est semper aliter palam quod
ambo. ergo si sic se habent motus quid
ergo alia oportet querere principia. quoniam autem ita
contingit et si non sit ex nocte erit
et simul omnia et non ex ente sol-
uentur utique hec. et est aliquid semper motum
motu incessabili. hic autem qui circulo. et
hoc non ratione solum sed opere palam. quare
sempiternum erit utique primum celum. Est
ergo aliquid et quod mouet. Quoniam autem
quod mouetur et mouens et medium. ergo est
aliquid quod non motum mouet sempiternum
et substantia et actus ens. Mouet autem
sicut appetibile et intelligibile mouet
non motum. horum autem prima eadem concup-
iscibile quidem. nam apparens ipsum bonum.
uoluptabile autem primum ipsum existens
bonum. appetimus autem quia uidetur magis
quam uidetur quia appetimus. principium. nam est
intelligentia. intellectus autem altera coordinatio secundum
se et huius substantia prima et huius que simpliciter et secundum
actum. Est autem unum et simplex non
idem. unum. nam mensuram significat. simplex au-

tem qualiter habens ipsum. At uero et quod bonum
et quod propter ipsum eligibile in eadem coor-
dinatione. et optimum semper aut proportiona-
le quod primum. Quod autem est quod cuius gratia in im-
mobilibus diuisio ostendit. est. nam alicui
quod cuius gratia quorum hoc quidem est hoc uero non
est. Mouet autem ut amatum. moto
uero alia mouentur. Si quidem ergo aliquid mouetur
contingit aliter habere. quare latio que prima
est et actus est secundum quod motum hoc autem contingit
aliter habere secundum locum et si non secundum substantiam.
Quoniam autem est quid mouens ipsum
immobile ens actu ens. hoc non contingit
aliter se habere nullatenus. latio. nam prima
mutationum. huius autem que circulo. hanc autem
mouet hoc. Ex necessitate ergo est ens et
necessitas bene et sic principium. nam necessarium
totiens. hoc quidem in. quod preter impetum
id uero sine quo non bene. hoc autem non con-
tingens aliter sed simpliciter. Ex tali
ergo principio dependet celum et natura.
Deductio autem est qualis optima paruo
tempore nobis. sic. nam semper id est nobis quidem
impossibile. quoniam et delectatio actus huius. et propter
hoc uigilio sensus intelligentia delectabilissima.
spes uero et memorie propter hec. intelligentia
autem que secundum se eius quod secundum se optimum
et que maxime eius quod maxime.
ipsum autem intelligit intellectus secundum transsum-
ptionem intelligibilis. intelligibilis. nam sit atti-
ngens et intelligens. Quare idem intellectus
et intelligibile. susceptiuum. nam intelligibilis
et substantie intellectus. agit autem habens. quare illud magis
isto uidetur intellectus diuinum habere. et speculatio
delectabilissimum et optimum. Si ergo
sic bene habet ut nos quandoque deus semper mi-
rabile. si autem magis adhuc mira-
bilius. habet autem sic. et uita autem
utique existit. et. nam intellectus actus uita.
ille autem ipse actus. actus que secundum se illius
uita optima et sempiterna. Dicimus
autem deum esse animal sempiternum optimum

[Marginal notes: "[illegible] existimare [illegible]"; "l. autem"; "ab intelligibili mouetur [illegible]"; "intelligibilis autem"; [illegible]]

quare vita et duratio continua et eterna existit deo; hoc enim deus. Quicumque autem putant ut Pitagorici et Speusippus optimum et nobilissimum non in principio esse, quia et plantarum et animalium principia cause sunt, bonum autem et perfectum in hiis que ex hiis, non recte existimant. Nam sperma ex alteris est prioribus perfectis, et primum non est sperma sed perfectum; ut priorem hominem dicat aliquis esse spermate, non enim qui ex hoc fit sed alterum ex quo sperma. Quod quidem igitur est substantia aliqua sempiterna et immobilis separata a sensibilibus, manifestum ex dictis. Ostensum est autem et quia non contingit habere hanc substantiam magnitudinem nullam, sed sine partibus et indivisibilis. Movet enim infinitum tempus, et non habet potentiam infinitam finitum. Quoniam autem omnis magnitudo finita est aut infinita, finitam quidem propter hoc utique non habebit magnitudinem, infinitam vero non, quia totaliter nulla est infinita magnitudo. At vero et quia impassibilis et intransmutabilis; omnes enim alii motus posteriores sunt eo qui est secundum locum. Hec quidem igitur manifesta quia hunc modum.

Utrum autem unam ponendum est talem substantiam aut plures et quot, non latere sed reminisci et aliorum enuntiationes, quia de pluralitate nichil dixerunt quod et planum dici. Que enim secundum ydeas existimatio nullam habet perscrutationem propriam: numeros enim dicunt ydeas, ydeas dicunt sed de numeris quandoque quidem sicut de infinitis dicunt, quandoque autem usque ad decem determinatis; propter quid autem tanta pluralitas numerorum, nichil dicitur studio demonstrativo. Nobis autem est ex suppositis et determinatis dicendum. Principium enim et primum entium est immobile et secundum se et secundum accidens, movens vero primum sempiternum et unum motum.

Quoniam autem quod movetur necesse ab aliquo moveri, et primum movens immobile esse secundum se, et sempiternum motum a sempiterno moveri et unum ab uno; videmus autem preter universi simplicem lationem quam movere dicimus primam substantiam et immobilem alias lationes planetarum sempiternas existentes (sempiternum enim et instabile circulare corpus; ostensum est autem in phisicis de hiis), necesse et harum lationum unamquamque ab immobili moveri secundum se et sempiterna substantia. Astrorum enim natura sempiterna substantia quedam ens, et movens sempiternum et prius eo quod movetur, et quod prius substantia, substantiam esse necesse est. Palam itaque quia tot substantias esse necesse est naturales sempiternas et immobiles secundum se et sine magnitudine, propter predictam causam. Quod quidem igitur sint esse et harum que prima et secunda secundum ordinem eundem lationibus astrorum, palam. Pluralitatem vero iam lationum ex maxime appropriata philosophie mathematicarum scientiarum intuendum, ex astrologia; hec enim de substantia sensibili quidem sempiterna autem facit theoriam, alie vero de nulla substantia, puta que circa numeros et geometria. Quod quidem igitur plures sint eorum que feruntur lationes, manifestum est et parum attingentibus; plures enim quam una astrorum erraticorum unumquodque fertur. Sed quot sunt hee, nunc quidem et nos que dicunt mathematicorum quidam attendentes gratia dicimus, ut mente aliquam pluralitatem determinatam suscipiat. Reliquum vero hoc quidem querentes ipsos oportet, hoc vero perscrutantes ab inquirentibus; si quid videatur preter nunc predicta ab eis tractantibus, amare quidem utrosque, persuaderi vero a certioribus. Eudoxus quidem igitur solis et lune utriusque lationem in tribus posuit esse speris, quarum primam aplanorum astrorum esse, secundam autem secundum eum qui zodiaci per medium, tertiam autem secundum obliquatum

in latitudine alium. In maiori autem latitudine obliquari secundum quem luna fertur quam secundum quem sol. Erraticorum uero astrorum in quatuor unicuique speris quarum primam quidem et secundam illis easdem esse et enim eam que est aplanorum que omnes est ferens et eam que sub ea ordinata et secundum eum qui per medium zodiaci lationem habentem communem omnium esse. Tertie uero omnium polos in eo qui per medium esse alium. Quarte autem lationem secundum obliquarum ad medium huius esse. Tertie uero spere polos aliorum quidem proprios, ueneris uero et mercurii eosdem. Calippus autem positionem quidem sperarum eandem posuit cum eudoxo, hoc est distantiarum ordinem, pluralitatem uero ei quidem que iouis et ei que saturni eandem cum illo dedit. Soli uero et lune duas existimabat adhuc apponendas esse speras apparentia si quis est redditurus, reliquis uero planetis singulis unam. Necesse autem si simul posite omnes apparentia sunt redditure secundum unumquodque erranticum alteras speras una minores esse reuoluentes et ad idem restituentes positionem prime spere semper inferius ordinati astri. Sic enim solum contingit planetarum lationem omnia facere. Quoniam igitur in quibus quidem ipsa feruntur speris, hee quidem octo, hee autem quinque et uiginti sunt. Harum autem solas non oportet reuolui in quibus infime ordinatum fertur, que quidem reuoluunt eas que sunt primorum quatuor sexdecim, omnium itaque numerus ferentium et reuoluentium eas quinquaginta quinque. Si autem lune et soli non addiderit quis quos diximus motus omnes spere erunt septem et quadraginta. Pluralitas quidem sperarum tanta sit. Quare et substantias et principia immobilia et insensibilia tot rationabile existimare. Necessarium enim dimittatur fortioribus dicere. Si autem nullam possibile esse lationem non ordinatam ad astri lationem. Amplius autem omnem naturam et omnem substantiam impassibilem et secundum se optimum sortitam esse finem oportet existimare. Nulla enim erit preter has altera natura, sed hunc numerum necesse est esse necesse. Si enim essent alie mouebunt utique ut finis existentes lationis. Sed alias quidem esse lationes impossibile est preter dictas. Hoc autem existimare ex latis possibile. Palam si omne ferens lati gratia natum est et latio omnis lati est alicuius, nulla latio sui gratia erit neque alicuius gratia lationis, sed astrorum gratia. Palam si fiat latio lationis gratia et illa alterius gratia oportebit esse. Quare quoniam non est possibile in infinitum, finis erit omnis lationis latorum aliquod diuinorum corporum secundum celum. Quod autem unum celum manifestum. Si enim plures essent celi ut homines, foret principium circa unumquodque specie unum, numero uero multa. Sed quecumque sunt numero multa, materiam habent. Una enim et eadem ratio multorum et hominis, sortes uero unus. Quod autem quid erat esse non habet materiam primum. Endelechia enim. Unum igitur et ratione et numero primum mouens immobile ens. Et motum igitur semper et continue unum solum. Unum igitur solum celum. Tradita sunt autem a senioribus et antiquis in fabule figura derelicta posterioribus quod dii sunt hii et continet diuinum totam naturam. Reliqua uero fabulose iam adducta sunt ad persuasionem multorum et ad opportunitatem in legibus et conferentis. Conformes enim hominibus hos et aliorum animalium quibusdam tamen similes dicunt et hiis alia consequentia et dictis similia. A quibus si separans id accipiat solum quod primas deos existimabant substantias esse, diuine utique dictum esse putabit et secundum uerisimilitudinem et semper inuenta ad possibile unaquaque et arte et philosophia et iterum corruptis et

a qb3

has opiniones morum quod reliquas vel
nec salvatas esse. Prima quidem enim
ergo opinio et que a primis iterum nobis
manifesta solum. Que vero autem est
intellectum hunc quasdam difficulta-
tes. Nam sive non intelligat quid utique
erit insigne venerabile. sed habet quemadmodum
utique si dormiens. sive intelligat hoc
vero alterum principale. Non enim est hoc quod est sua substantia
intellectio sed potentia. Non utique erit optima
substantia. per intelligere enim honorabile ei inest.
Amplius autem sive intellectus sit sua substantia
sive intelligentia quid intelligit. aut enim se ipsum
aut alterum aliquod. et si alterum aliquod aut idem
semper aut aliud. Ergo utrum differt aliquid aut nichil
intelligere bonum aut contingens aut
inconveniens meditari de quibusdam.
Palam ergo quod divinissimum et hono-
rabilissimum intelligit. et non transmu-
tatur. in indignius enim transmutatio. et mo-
tus quidam iam tale. Primum quidem
quidem ergo si non est intelligentia sed potentia rationabile est
laboriosum esse ei continuationem intelligentie.
Deinde palam quod aliquid aliud erit dig-
nius quam intellectus. scilicet intellectum. et enim
intelligere et intelligentia inerit indignissimum
intelligenti. Quare si fugiendum hoc. et enim non videre
quedam dignius quam videre. ti si sit
optimum intelligentia. se ipsum ergo intelligit si
quidem est potentissimum et est intelligentia in-
telligentie intelligentia. Videtur autem semper aliis scientia
et sensus et opinio et meditatio. ipsi
autem in accessorio. Amplius si aliud est intelligere
et intelligi secundum quid ei quidem ipsum bene
inest. Non enim idem esse et intelligentie et intellecto.
Aut in quibusdam scientia res. in factivis quidem
sine materia substantia enim et quid quod erat esse. In
theoricis vero ratio res et intelligentia. Non
alio ergo existente eo quod intelligitur et intellectu
quecumque non habent materiam idem erunt et in-
telligentia eius quod intelligitur una. Adhuc autem
restat dubium si compositum est quod intelligitur.

transmutabitur enim in partibus totius. Aut indivisibile
est quod non habet materiam. ut humanus intellectus aut
quod quidem compositorum habet in aliquo tempore.
Non enim habet ipsum bene in hoc sed in toto quodam
quod optimum existens aliquod aliud. sic autem habet
ipsa sui ipsius intelligentia toto evo.

aut in hoc

Perscrutandum autem est qualiter habet
totius natura bonum et optimum utrum
separatum quid et ipsum secundum se aut or-
dinem. aut utroque modo sicut exercitus. Et
enim in ordine ipsum bene et dux exercitus
et magis iste. Non enim iste propter ordi-
nem sed ille propter hunc est. Omnia vero coordinata
sunt aliqualiter sed non similiter. et natatilia
et volatilia et plante. et non sic habent se
ut non sit alteri ad alterum nichil sed est aliquid. Ad
unum quidem enim omnia coordinata sunt. Quemadmodum
sed quemadmodum in domo liberis non licet quod
contingit facere sed omnia aut plurima ordina-
ta sunt. servis vero et bestiis parum quod est
quod ad commune. multum vero quod contingit. tale namque
cuiusque principium ipsorum natura est. Dico autem
puta ad discerni quidem necesse omnibus venire
et alia sic sunt quibus communicant omnia
ad totum. Quecumque vero impossibilia accidunt
aut absurda aliter dicentibus et qualia
gratiosius dicentes et in quibus minime du-
bitationes oportet non latere. Omnes enim ex contrariis
faciunt omnia. neque autem quod omnia neque quod ex con-
trariis recte. neque in quibus contraria existunt
quomodo ex contrariis erunt non dicunt. Impassibilia
namque sunt contraria ad invicem. Nobis autem
solvitur hoc rationabiliter eo quod tertium aliquid sit. Alii vero
alterum contrariorum materiam faciunt quemadmodum qui
inequale equali aut uni multa. Sol-
vitur autem et hoc eodem modo. Materia enim quod una
est nulli contraria. Amplius omnia preter participa-
tionem erunt unius. nam pravum ipsum
alterum elementorum. Alii autem nec principia bonum
aut malum. Contrarius in omnibus maxime quod
bonum principium. Alii vero hoc quidem recte
quod principium sed quo quod bonum principium

non omnino utrumque ut finis aut ut movens
aut ut species. Inconveniens autem et Empe-
docles amiciciam enim facit bonum. Hoc autem
principium et ut movens, congregat enim,
et ut materia, pars enim mixture. Si itaque et
eidem accidit ut materiam et principium esse et
ut movens, sed esse non idem. Quo utique amicicia.
Inconveniens autem et incorruptibilem esse
litem. Hoc ipsum autem est mali. Anaxa-
goras autem ut movens quod bonum
principium: intellectus enim movet. [illegible]
alterum excepto ut nos dicimus, nam me-
dicativa est quodammodo sanitas. In-
conveniens autem est contrarium non facere bono
et intellectui. Omnes autem contraria dicentes non
utuntur contrariis, si non figuret aliquis. Et quare hec
quidem corruptibilia hec vero incorruptibilia nullus
dicit. Omnia namque entia faciunt ex
eisdem principiis. Amplius alii quidem ex
non ente faciunt entia; alii autem
ut non hoc cogantur unum omnia faciunt.
Amplius propter quid semper erit generatio et que est
causa generationis nullus dicit. Et duo principia
facientibus aliud necesse principium
principalius esse. Et hiis qui species, quia
aliud principium principalius: propter quid enim
participavit aut participat? Et aliis
quidem necesse sapientie et honorabilissime
scientie aliquid esse contrarium, nobis autem non. Non
enim est contrarium primo nulli; nam omnia contraria habent
materiam et hec potentia sunt. Contraria autem ig-
norancia ad contrarium, primo autem non contrarium nichil.
Amplius sensibilia alia non erit principium
et ordo et generatio et celestia, sed semper principii
principium, ut theologis et physicis omnibus.
Si autem erunt species aut numeri, nullius
cause; si autem non, quidem motus. Adhuc
quomodo erit ex non magnitudinibus ma-
gnitudo et continuum? Numerus enim non faciet
continuum, nec ut movens nec ut species.
At vero nullum est contrariorum et factivum et
motivum; contingit enim utique non esse. At vero

h gratia alicuius movet

si non erunt preter

nullum enim contrariorum et factivum et motivum
contingit enim utique non esse. At vero posterius
quidem ipsum facere potentia; non ergo sempiter-
na sunt entia. Sed sunt. Interimendum
ergo est horum aliquid et dictum est ut. Adhuc
quomodo numerus unum est aut anima et corpus
et species totaliter et res, nichil dicit nullus,
nec contingit dicere, si non ut nos dicamus
quia movens facit. Dicentes autem numerum primum
mathematicum et sic semper aliam habitam
substantiam et principia cuiuslibet alia, inconnexam
universi substantiam faciunt; nichil enim
alia alii confert ens aut non ens;
et principia multa. Entia vero non vo-
lunt disponi male; nec bonum pluralitas
principatuum. Unus ergo princeps.

De sensi-
bilium quidem ergo substantia dictum
est que est in methodo physico-
rum de materia, posterius vero
de ea que est secundum actum.
Quoniam ergo nostra perscrutatio est utrum est
aliqua preter sensibiles substantias immobiles
et sempiterna aut non est, et si est que
est, principium primum que ab illis dicta sunt
speculandum, ut si quid non bene dicunt non
eisdem rei simus, et si quid commune dogma
nobis et illis, hoc seorsum ne adversum
nos graves simus; amabile namque,
si quis hec quidem melius dicit, illa vero
non deterius. Due vero sunt opiniones de
hiis. Substantias enim mathematicas dicunt substantias esse
quidam, ut numeros et lineas et hiis
cognata, et iterum ydeas. Sed quoniam hii
quidem duo hec genera faciunt, ydeas et
mathematicos numeros, et alii unam naturam
utrorumque, alii quidem mathematicas solum
substantias esse dicunt, perscrutandum est primum
quidem de mathematicis, nullam aliam
addentes eis naturam, ut utrum enim
aut non; sed quidem de mathematicis solum
si sint aut non sint, et si sunt quomodo

sunt. Verum quod quidem hoc separatim de ydeis
ipsis simpliciter et quantum legem [?] divul
gatum enim multa ab exterioribus
rationibus. Amplius autem ad illam opinionem
perscrutationem obviare plurimam
rationem quam perscrutamur si [?] et princi
pium entium numeri et ydee sunt. Solam [?] praeter
ydeas hic restat tertia perscrutatio
utrum si sunt mathematica aut in sensi
bilibus esse ipsa quemadmodum dicunt quidam
aut separata a sensibilibus; dicunt autem
et ita quidam. Ac si neutraliter, quia
non sunt aut alio modo sunt. Quare
dubium non erit non de esse sed de modo. Quod
quidem igitur in sensibilibus impossibile esse et simul
ficticia ratio dictum est quod et in dubitationibus
quia duo solida simul esse impossibile. Amplius
et quia eiusdem rationis alias potentias et naturas
in sensibilibus esse et nullam separatam.
Hec quidem igitur dicta sunt prius, sed ad hoc pa
lam quia impossibile dividi quodcumque corpus:
secundum superficiem enim dividetur, et hec secundum lineam
et secundum punctum. Quare si punctum dividere
impossibile et lineam, quare sic hec et alia.
Quid igitur differt aut has esse tales naturas
aut ipsas quidem non esse, aut in ipsis
tales naturas? Idem enim accidet: divisis
enim sensibilibus dividentur, aut nec sensibilia.
At vero nec separatas esse naturas tales possibile.
Si enim erunt solida praeter sensibilia et
separata ab hiis altera et priora sensi
bilibus, palam quia et praeter superficies al
teras necesse est superficies separatas et
puncta et lineas; eiusdem enim rationis. Si autem
hec, palam praeter solidi mathematici super
ficies et lineas et alie separate. Prio
ra enim compositis sunt incomposita. Et
si quidem sensibilibus priora corpora non sensibilia
et eadem ratione et planorum que in immo
bilibus solidis eadem per se altera hec pla
na et lineae ab hiis que simul solidis soli
dis separatis. Hec quidem enim cum mathematicis
solidis, hec autem priora mathematicis so
lidis. Iterum igitur horum planorum erunt
lineae quibus prius oportebit alteras li
neas et puncta esse propter eandem rationem;
et horum que in prioribus lineis altera priora
puncta quibus non adhuc priora al
tera. Inconveniens utique fit coacervatio;
accidit enim solida quidem unica praeter
sensibilia, plana autem triplicia praeter
sensibilia et que in mathematicis solidis
et praeter ea que in hiis; lineae autem qua
druplices, puncta autem quintupla. Quare
circa qualia horum scientie erunt mathematice?
Non enim utique circa ea que in solido im
mobili plana et lineas et puncta;
semper enim circa priora scientia. Eadem autem ratio et
de numeris. Amplius que quidem et in
dubitationibus pertractata sunt quomodo contingit
solvere? Circa que enim astrologia est, similiter
autem praeter sensibilia et circa que geometria.
Esse autem celum et partes ipsius quomodo
possibile aut aliud quodcumque habens motum? Similiter autem
et perspectiva et armonica; erit enim
vox et visus praeter sensibilia et singu
laria. Quare palam quia et alii
sensus et alia sensibilia. Quid enim
magis hec quam alia? Si autem hec, et alia
erunt, si quidem et sensus. Amplius scri
buntur quedam universaliter a mathematicis praeter
has substantias. Quare igitur et ista quedam substantia alia
intermedia separata ab ydeis et hiis que
intermedia, que nec numerus est nec puncta nec
magnitudo nec tempus. Si autem hoc impossibile,
palam quia et alia impossibile esse separata
a sensibilibus. Omnino autem contrarium accidit vero
et consueto existimari si quis ponat
sic esse mathematica ut separatas quas
dam naturas. Necesse enim propter sic quidem esse
ipsas priores esse sensibilibus magnitu
dinibus, secundum veritatem posteriores. In
perfecta enim magnitudo generatione quidem
prior est, substantia autem posterior, ut inanimatum

animato. Amplius quo et quali erunt
unum mathematice magnitudines
Cur quidem enim hec nam aut parte anime aut
alio aliquo rationabili. Si autem non
multe et dissolventur. Illa autem divisi
bilibus et quantitatis existentibus que causa
essendi unum et continendi. Amplius
generationes manifestant. Prius quidem enim
ad longitudinem fit deinde ad la
titudinem, ultimo autem ad profundum
et finem habet. Si igitur quod generatione po
sterius substantia prius, corpus prius utique erit
superficie et longitudine, et sic perfectum
et totum magis quia animatum fit.
Linea autem animata aut planum quomodo
utique erunt? Super sensus enim nostros u
tique erit axioma. Amplius corpus
quidem substantia quedam, iam enim habet aliqualiter
quod perfectum, linee autem quomodo substantie? Neque enim ut
species et forma quedam, ut si forte
anima tale, neque ut materia ut corpus; nichil enim
ex lineis neque ex superficiebus neque ex pun
ctis videtur potens constare. Si autem erant
substantia quedam materialis, hec utique videretur posse
pati. Ratione quidem igitur sint priora, sed non
omnia quecumque ratione priora et substantia
priora. Substantia quidem enim priora quecumque se
parata in essendo excedunt, ratione
autem quorumcumque rationes ex rationibus. Hec autem
non simul existunt. Si enim non sunt
passiones preter substantias, puta motis
aut album, albo homine album
prius secundum rationem sed non secundum substantiam. Non
enim contingit esse separatum, sed semper simul
cum synolo est. Synolon autem dico
hominem album. Quare manifestum quod neque quod ex
ablatione prius neque quod ex appositione po
sterius; ex appositione enim albi albus homo
dicitur. Quod quidem igitur neque substantie magis corporum
sunt neque priora in essendo sensibilibus, sed ratione
solum, neque separata alicubi esse possibi
le, dictum est sufficienter. Quoniam autem

neque in sensibilibus contingebat ipsa esse,
manifestum quod aut totaliter non sunt aut
modo quodam sunt, et propter hoc non simpliciter sunt;
multipliciter enim esse dicimus. Sicut enim et universalia in
mathematicis non de separatis sunt circa
magnitudines et numeros, sed de hiis
quidem, non in quantum autem talia qualia
habere magnitudinem aut esse divisibilia,
palam quod contingit et de sensibilibus
magnitudinibus esse et rationes et demonstratio
nes, non in quantum autem sensibiles sed in quantum tales
sunt. Sicut enim et in quantum mota solum multe rationes
sunt sine eo quod quid est unumquodque talium
et accidentium ipsis, et non necesse propter hoc aut
separatum quid esse motum sensibilium
aut in hiis aliquam aliam naturam esse sepa
ratam, et sic de motis erunt rationes
et scientie, non in quantum mota autem sed in quantum
corpora solum, et in quantum planas solum, et
in quantum longitudines, et in quantum divisibilia
et in quantum indivisibilia habentia positionem, et in quantum
indivisibilia solum. Quare quoniam simpliciter
dicere verum non solum separabilia esse sed et in
separabilia, puta mota esse, et mathematica
quod sunt simpliciter verum dicere, et talia qua
lia dicunt. Et sic et alias scientias simpliciter
verum dicere huius esse, non accidentis, puta
quod albi, sed salubre album, in quantum autem
album et salubre illius in quantum est
unumquodque, est si salubre salubris. Si autem
in quantum homo, sic et geometriam non. Si
autem accidit sensibilia esse quorum est, non est
autem in quantum sensibilia, non sensibilium erunt
mathematice scientie, non tamen neque preter hec aliorum
separatorum. Multa autem accidunt per
se rebus in quantum unumquodque existit talium,
et in quantum femininum animal et in quantum masculi
num, separatum alium. Quare et
in quantum longitudines solum et in quantum
plana, et quanto utique de prioribus ratione
et simplicioribus, tanto magis
habet certum; hoc autem simplex est. Quare si

magnitudine magis quam cum ma-
gnitudine et maxime sine motu si
autem motum maxime primum simpli-
cissimus enim et hic qui regularis ei-
dem autem ratio et de armonica et
speculativa neutra enim inquantum visus
aut inquantum vox speculatur sed inquantum linee
et numeri proprie tamen hee passiones il-
lorum et mechanica autem similiter quare
si quis ponens separata accidencium
speculatur aliquod de hiis inquantum talia
nullo propter hoc mendacium mencietur
sicut neque cum in terra scribat et pedalem
dicit non pedalem. Non enim
in propositionibus mendacium. Optime autem utique
sic considerabitur unumquodque si quis quod non
separatum ponat separans, quod quidem
arismeticus facit et geometer. Unum
quidem enim indivisibile homo inquantum homo
hic autem posuit unum indivisibile. De-
inde consideravit si quid homini accidit
inquantum indivisibile. Geometer autem neque inquantum
homo neque inquantum indivisibile in erant ipsi
palam quod et sine hiis contingit
ipsis existere possibile, quare propter hoc recte
geometre dicunt et de entibus dis-
putant et entia sunt. Duplex
enim ens hoc quidem actu hoc vero materialiter.

Quoniam autem bonum et malum alterum
hoc quidem enim semper in operatione, bonum autem
et in immobilibus, dicentes nichil dicere ma-
thematicas scientias de bono aut optimo
mentiuntur. Dicunt enim et demonstrant ma-
xime. Non enim si non nominant opera autem
et rationes ostendunt non dicunt de ipsis.
Boni autem maxime et nominaliter species et
ordo et commensuratio et determinatum, que ma-
xime ostendunt mathematice scientie. Et
quoniam multorum causa videntur hec. Dico autem
puta ordo et determinatum, palam quod
dicent utique et talem causam eam
que ut bonum causam [illegible] alias ma-
gis et [illegible] de ipsis dicemus.
Et mathematicis quidem quod sunt entia et quomodo entia
et qualiter entia et quomodo non priora
tantum dicta sint.

De ydeis autem primum ipsam que secundum ydeam
opinionem considerandum nichil copulantes
ad numerorum naturam sed ut existimabant
a principio qui primum ydeas dixerunt esse.
Accidit autem que de speciebus opinio hiis
qui dixerunt propter persuasiones esse de
veritate eracliti rationibus tanquam omnibus
sensibilibus semper fluentibus, ut si quid scientia
alicuius erit et prudencia, alteras
oportet aliquas naturas esse preter sensibiles
manentes. Non enim esse fluencium
scientiam. Socrate autem circa morales
virtutes negociante et de hiis diffinire
universaliter querente primo physicorum quidem enim
ad modicum democritus tetigit so-
lum et diffinivit aliqualiter calidum et
frigidum. Pictagorici autem prius
de quibusdam paucis quorum rationes
in numeros reducebant, puta quid est tempus
aut iustum aut nuptie. Ille autem
rationabiliter querebat quod quid est. Sillogizare enim que-
rebat principium autem sillogismorum quod quid est.
Dyalectica autem valida nondum tunc
erat ut posset et sine eo quod quid est
contraria speculari et contrariorum si eadem scientia.
Duo enim sunt que quis utique attri-
buet Socrati iuste inductivas rationes
et diffinire universaliter. Hec enim sunt ambo circa
principium scientie. Sed Socrates quidem universalia
non separabilia faciebat neque diffinitiones. Hii
autem separaverunt et talia encium ydeas
appellaverunt. Quare accidit ipsis fere eadem
ratione omnium esse ydeas universaliter dictorum et sibi
accidit quemadmodum utique si quis numerare volens
minoribus quidem existentibus putet non
posse, plura autem faciens numeret. Plura
enim sunt singularibus sensibilibus ut est dicere
species de quibus querentes causas ex

huius illuc procedentibus sunt utrumque et .n.
equivocum est et generis ideas aliorum quam
unum est in multis et in hiis et in perpetuis
Ad hoc secundum quos modos ostendimus quia sunt species
secundum nullum horum manifestum. Ex quibusdam
quidem .n. non necesse fieri sillogismum. ex quibus-
dam et non quorum putant horum
species fiunt secundum rationes .n. eas que ex scientiis
erunt species omnium quorumcumque scientie sunt
et secundum unum in multis et negationum
secundum autem intelligere aliquid corrupto corrup-
tibilium. fantasma .n. aliquod eius
quod quidem est. Ad hoc autem certissime ratio-
num. hee quidem eorum que ad aliquid
faciunt ydeas quorum non aiunt esse secundum
se genus dicunt. Totaliter autem interimunt
que de speciebus rationes que magis
volunt esse dicentes species ydeas ac-
cidit .n. non esse primo dualitatem secun-
dum numerum. et hoc quod ad aliquid et quod eius quod per
se et omnia quecumque quidam sequentes
eas que de speciebus opiniones obiec-
erunt principiis. Ad hoc secundum quidem suspi-
tionem secundum quam aiunt esse ydeas erunt
species aliorum quam multorum intellectus enim
unus non solum circa substantias sed non substantias
sunt et scientie non solum substantie erunt. accidunt
autem et alia multa talia. secundum autem
necessitatem et opiniones que de ipsis si
autem participabiles species substantiarum necessarium
ydeas esse solum. non .n. secundum accidens parti-
cipantur sed oportet sic unaqueque participare
inquantum non de subiecto dicitur. Dico autem puta
si quid ipso duplo participat hoc et per-
petuo participat sed secundum accidens accidit
.n. duplo perpetuum esse quare erunt
substantia species. hee autem hic et illic signant
et in autem quid erit dicere esse aliquid preter hec unum
in multis et si quidem eadem species ydea-
rum et participantium erit aliquid commune
Quid .n. magis et in corruptibilibus
dualitatibus et dualitatibus que multas

perpetuas et dualitas una et eadem et in-
quam in ipsa et quadam. si autem non eadem
species equivoca utique erunt et simile sicut
utique si quis vocet hominem Calliam
et lignum nullam communitatem inspiciens
ipsorum. Si autem in aliis aliud communes ratio-
nes congruere ponamus speciebus puta
ad circulum figuram planam et reliquas
partes rationis. quid autem cuius est apponatur
considerare oportet ne vacuum sit hoc omnino. cui
.n. apponetur medio aut plano aut
omnibus. omnia .n. que in substantia ydee pu-
ta animal et bipes. adhuc palam quia necesse
ipsum aliquid quoddam planum unum quoddam
aut omnibus existit speciebus ut genus.
Omnium autem maxime dubitabit
utique quis quid conferunt species aut
perpetuis sensibilium aut hiis que fiunt
et corrumpuntur. neque enim motus neque permu-
tationis nullius sunt cause ipsis. At
vero neque ad scientiam nichil auxiliantur
eam que aliorum neque .n. substantia ille horum
in hiis .n. utique essent neque ad esse non
insunt existentes participantibus sic quidem .n.
forte causa videbuntur utique esse album mixtum
ut quod album sed iste quidem sermo val-
de mobilis quem Anaxagoras quidem prior. Eu-
doxus autem posterius dicebat dubitans
et alii quidam. facile .n. multa colli-
gere et impossibilia ad talem opinionem. At
vero neque ex speciebus sunt alia secundum nullum
modorum consuetorum dici. dicere autem exemplaria esse
et participare ipsis alia vaniloquium
et metaphoras poeticas dicere. quid
.n. est operans ad ydeas respiciens
contingitque esse et fieri quodcumque et non assimila-
tum quare et ente Socrate et non
ente fiet utique qualis Socrates simi-
liter autem palam quia et utique erit Socra-
tes perpetuus. erunt quoque plura exemplaria eius-
dem quare et species. puta hominis animal et bipes
simul autem et autos anthropos. Ad hec

videbitur utique ipsorum deorsum esse etiam
et aut etiam quantum quo utique ydee
esse rerum existentes seorsum erunt.
In Phedone autem sic dicitur tamquam
essendi et fiendi causa species sint
quamvis speciebus existentibus tamen non fit si non
sit movens et multa fiunt
alia puta domus et anulus quo-
rum non aiunt esse species. Quare palam
quia et illa quorum aiunt ydeas esse et
esse et fieri propter tales causas quales
et dicta nunc sed non propter species. Sed de ydeis
quidem et hoc modo et per magis logicas rationes
est multa colligere similia consideratis.

Quoniam autem determinatum est de
hiis bene habet iterum speculari que
numeros accidunt dicentibus ipsos esse
substantias separatas et entium causas
necesse autem si quidem est numerus natura quedam et
non alia aliqua est ipsius substantia sed hoc ipsum
sicut aiunt quidam aut esse primum quid
hoc ipsius habitum aut alterum ens
specie unumquodque et hoc aut in unitatibus
confestim existit et est incomparabilis quelibet
unitas cuilibet unitati aut
confestim consequenter omnes et comparabiles
quelibet cuilibet qualem dicunt esse ma-
thematicum numerum. In mathematico enim
nichil differt ulla unitas altera
ab altera. Aut has quidem comparabiles
has autem non puta si post unum est prima du-
alitas deinde trinitas et sic utique alius
numerus sunt autem comparabiles que in uno
quoque numero unitates puta que in
dualitate prima ipsis et que in trinita-
te prima ipsas et sic in aliis. Non
comparabiles in dualitate ipsa ad eas que
in trinitate ipsa comparabiles. Similiter autem et
in aliis qui autem numeris propter quod et ma-
thematicus quidem numeratur post unum duo
ad antecedens uno aliud unum et tria
ad duobus hiis aliud unum et reliquus
eodem modo iste autem post unum duo
altera sine uno primo et trinitas sine dua-
litate similiter autem et alius numerus. Ad-
huc quidem esse numerorum qualis qui primus
dictus est hunc autem qualem ma-
thematici dicunt tertium autem tertium ultimo. Ad-
huc hos autem separabiles numeros a rebus
aut non separabiles sed in sensibilibus
non sic autem ut primo considerabimus
sed ut ex numeris inexistentibus entia sensi-
bilia aut hunc quidem ipsorum esse hunc
autem non aut omnes esse modi quidem
igitur secundum quos contingit ipsos esse hii
sunt ex necessitate soli fere autem et dicen-
tes unum principium esse et substantiam et
elementum omnium et ex hoc et aliquo alio esse
numerum unusquisque horum aliquo modorum
dixit preter quia omnes unitates incomparabiles
et hoc accidit rationabiliter non enim contingit ad-
huc alium modum esse preter dictos.
Hii quidem igitur ambos aiunt esse numeros
habentes quidem prius et posterius ydeas
mathematicum autem preter ydeas et sensibilia
et separabiles utrosque a sensibilibus
hii autem mathematicum solum numerum esse
primum entium separatum a sensibilibus. Et
Pytagorici autem unum mathematicum
verumptamen non separatum sed ex sensibiles
substantias constare aiunt totum enim celum
constituunt ex numeris sed non monadicis
sed unitates existimant habere ma-
gnitudinem qualiter autem primum
unum constitit habens magnitudinem
dubitare videntur. Alius autem quis primum numerum
eorum qui specierum unum esse. Quidam
autem mathematicum eundem hunc esse. Similiter autem
et circa longitudines et circa plana
et solida. Hii quidem enim alia que
mathematica et que post ydeas aiunt
autem dicentium hii quidem que mathematica
et mathematice dicunt quicumque faciunt yde-
as numeros utique esse autem ydeas hii autem

mathica nō mathice aūt. nq. n. icdi
nq magnitudine oīe i magnitu
dines. nq qualsq unitates dualita
tem eē. Monadicos aūt nūos eē
oms ponūt exceptis pittagoricis
quicq unū elm̄ τ pⁿcipiū aūt eē
entiū. Jlla aūt hītem magnitu
dinem qⁿadmodm̄ dcm̄ ē prius quot
modis gᵒ ɋtingit dici de ipsis τ ɋ
oms sunt dcī modi iⁱⁱⁱ ex hīs sūt
aūt omīa quid ipolᶦᵃ. magis aūt
forte alia aliis.

Primo quid gᵒ ɋsiᵈ si ɋfibiles
unitates aut iɋfibiles et si
iɋfibiles qualr̄ sic diximᵉ. Est
quid. n. ɋtiz eē cuicq unitati in
ɋfibilem ē aūt eas que in ipsa
dualitate τ ad eas que in ipsa
trinitate et sic utiq in ɋfibiles
eē eas qui in uno quoq pⁿmo nūo
adinuicem. Si quid gᵒ oms ɋfibi
les et indifferentes unitates ma
thicus fit nūs τ unᵉ solus τ ydeas
nō ɋtingit eē nūos qualis enī
nūs erit auto antropos aut al' qd
aⁱ ɋq sperq ydea quid. n. una cuiq
puta auto antropu una τ p se al'
una sīles aūt τ indifferentes ifiia.
Quare nichil magis h̄ trinitas per se
hō aut que ɋ si aūt nō sūt nūi y
dee nq totalr̄ ipolᵉ ē ipsas eē ex qb'
enī erūt pⁿiᵃ ydee. Nūs. n. ex uno
et dualitate indetiata et pⁿncīᵃ
τ elā dⁱcūr nūi eē ordiatū est que
nq pores ɋtingit nūus ipas nq po
steriores. Si aūt inɋfibiles unitates
et sic inɋfibiles unitates ut ɋq
cuicq nq mathicā ɋtingit eē hūt
nūnq. Mathicus quid. n. ex in
differentib; et oñsa adilus ipm ū
nitati ɋgruunt nq eū qui sperq
sion enī erit dualitas ex uno τ

indetiata dualitate deīn qui dei
ceps nūi ut dr̄. dualitas. trinitas.
quaternitas simil'. n. que i pⁿma
dualitate unitates gnānt' sīl
ut pⁿmus dicens ex i equalib;
fcīs. n. fiebat sīl al'. Deīn si erit
altā unitas altā pⁿorum et dua
litate ea que ex hīs erit prior
enī. n. fuīt ad h̄ quid ɋ pⁿus. h̄
aūt posterius et ɋ ex hīs erit h̄
quid ipm̄ unū. Deīn aliorū ē ad
pⁿmū unū h̄ aūt post id. et iēm
tertium sīm quid post tertiū aū post
pⁿmū unū. Quare pores utiq erūt
unitates qⁿm nūi deīn alior ex
quib; copulantur puta in duali
tate tertia unitas erit aut tā eē
et i trinitate qrta τ qnta aut nu
mos hos nūs quid gᵒ ipor h̄ nū
dixit unitates inɋfibiles. Est
autem sīm illorū quid pⁿi iōlᵉ
et sic sīm ūitatem tū ipolᵉ. unī
tates. n. pores τ posteriores eē iōlᵉ
si quid est pⁿª aliqua ē unitas τ
unū pⁿmū sīl' dualitates si quid
et dualitas pⁿma post pⁿmū enī
iōnabile τ necām sīm ad eē τ nō
sīm tertiū et sic utiq alia ɋnūt sīl'
aūt ambo dicere unitatem ā post
unū pⁿmatū eē τ sām τ dualita
tem primā est ipolᵉ. hīi autem
fecuīt unitatem quid et unū
pⁿmū sīm aūt τ tertiū nō ad huic
et dualitatem pⁿmam sām a'
τ tertiam nō ad huic maim aūt
et ɋ nō ɋtingit si iɋfibiles ɋ
unitates dualitatem eē pⁿmā
et trinitatem et sic alios nūos
sūt. n. sicut indifferentes sī differen
tes unitates ima ɋq ab uniaqq
necēe nūari. nūm sīm appōni p
uta dualitate ad unū alio uno

apposito (et) unitatem alio uno cum duo
bus apposito (et) quaternitatem eodem
modo. huius aut erunt ... impossibile
generationem esse numerorum ut generant ex
dualitate (et) uno ps. n. fit dua
litas unitatis (et) h' quaternitas. Eo
dem aut non accidit et in h'itis h' ex
dualitate prima et indeterminata du
alitate fiebat quaternitas dua
litas tres due preter ipsam duali
tatem. si aut non ps erit ipsa du
alitas. altera autem aderat una
dualitas et dualitas erit ex uno
ipso et alio uno si aut h' non possibile
esse alteram etiam dualitatem inde
terminatam unitatem. n. unam ge
nerat s; non dualitatem determinatam
Adhuc preter ipsam dualitatem
et ipsam unitatem quo erunt
alie unitates et dualitates et
quo ex prioribus unitatibus et posterio
ribus componuntur omnia. n. h' sunt
fictitia (et) impossibile esse primam dualita
tem sive ipsam unitatem. Necesse
aut quando quid erit unum et indetermina
ta dualitas elementa si aut impossibi
lia accidunt et primum esse h' impossibile. si quidem
g' differentes unitates qualescumque
quibuscumque h' et talia altera accidunt ex
necessitate si aut que quidem in alio
differentes. que aut in eodem numero
differentes invicem sole (et) sic in illo
minores accidunt difficultates
ut puta. n. in denario ipso insunt x.
unitates componitur aut ex hiis
(et) ex duobus quinariis. Quoniam
aut non quicumque numerus ipse denarius
sic neque unitatibus necesse differre uni
tates in denario h' si. n. non differunt
neque quinarii differunt ex quibus est
denarius. Quoniam aut differunt et
unitates different. si a' differunt
utrum inerunt quinarii alii h' solum
hii duo aut erunt. Si itaque non in
erunt inconveniens. Si inerunt qualis
erit denarius in denario preter
ipsum. Ad huc et necesse non ex qui
buscumque dualitatibus quaternitatem
componi. (et) n. indeterminata dualitas.
aut aiunt accipiens determinatam du
alitatem duas dualitates fecit
susceptivum. n. erat duo factiva. Adhuc
esse preter duas unitates dualitatem
utrumque quomodo et unitatem preter tres
unitates quomodo contingit aut enim
participabit alterum altero quemadmodum albus
homo preter album et hominem participat
etiam h' aut quando fuerit alterius differentia
quedam sic homo preter animal et bipes
Adhuc h' h' quidem tactu sunt unum
h' aut mixtione h' aut positione quorum
nullum contingit inesse unitatibus ex quibus
dualitas et unitas s; quemadmodum duo
homines non unum quid preter duos sic neque
et dualitates et non quia indivisibiles
different preter h' (et). n. puncta indivisibilia
S; tamen preter duo nichil alterum dualita
tas ipsorum. At vero neque h' latere oportet
accidit priores (et) posteriores esse duali
tates similiter aut et alios numeros que
quidem. n. in quantitate dualitates sunt
invicem simul s; hee hiis que in octo
nario priores sunt (et) generant quemadmodum
dualitas has h' ipsas quaternitates
que in octonario ipso. Quare si (et) prima
dualitas idee. et hee idee quedam
erunt. Eadem aut ratio in unitatibus
Quoniam. n. in dualitate prima uni
tates generant ipsas quatuor que
in quaternitate. Quare omnes unitates
idee fient (et) componetur idea ex i
deis. Quare palam quod et illa quorum
idee hee eis tunc esse composita erunt
velut si aliquis dicat quis compositum.

Si horũ ex alibꝫ ẏdee sũt. totalr̃ aũt
facere unitates dĩfentes qualis ma-
nifestũ et ficticiũ dico aũt ficticiũ
q̃ ad suppõm coactum. Sꝫ n. ẏ q̃m
nꝫ sm quale videmus differentẽ
unitatem ab unitate. ꝗ̃ sectꝫ aũt
equalẽ aut iequalem eẽ nũm õem
quod sꝫ maxie monadicũ. Cõrte
sꝫ nꝫ amplior nꝫ minor equalis. e
qualia autem sunt ꝛ totalr̃ idẽ in dif
ferencia eadẽ putam̃ in nũis. Si
aũt nõ nꝫ que ẏ denario duali
tates erunt equales existes q̃
enim eam habẽb dicẽ dicens indif
entes eẽ. Adhuc si omnis unitas
et unitas alia duo. Cõ. autem
ex dualitate ipsa unitas ꝛ que ex
ternitate ipsa dualitas erunt ex i
differentibꝫ. et utrũ prior ternitate
aut posterior magis. n. vĩ priorem
necẽm eẽ. hic ẏd. n. simul ternitati hac
simul dualitati ẏmitatũ et nos
quid existimam̃ oio unũ ꝛ unũ
et si sint equalia aut iequalia
duo eẽ ut bonũ et malũ ꝛ ipierꝫ
et equũ sic aũt dicẽtes nꝫ unita
tes si que nõ est amp nũs ꝗ̃ tri
tatis ipsm. s. qm̃ qua dualitatis
mirabile sii est amplior. palam
q̃ ꝛ equalis i est dualitati si nõ
contingit si primus ad ẽ nũs ꝛ ẏs
erunt ẏdee nũi ẏ ipsm quod enim
recte dicit qui differentes unitates
dignificant eẽ si quod ẏdee e
runt ut dcm ẽ prius una. n. spẽs
unitates aut sũ differentes dua
litates et ternitates erunt idẽ en
tes ppter q̃ et nũam sic unũ duo
cũ assũpta tñ existe necẽm ipsis
dicẽ nꝫ erit gñã ex indefiniata du
alitate. nꝫ ẏdeas contingit esse
Inerit. n. altera ẏdea in altera et

omnis spẽs unĩ ptes. ppter q̃ ad sup
põm quid recte dicit oio aũt
non recte. multa. n. interimitur
quũ et hꝫ ipsm hẽe q̃stam dicent
dubitm utrum quũ nũam̃ et
dicimus unũ duo tria. assimutẽs
nũam̃ aut sm ptes facimũ at
utroqꝫ tñ ppter q̃ ridiculm hanc iest
tam differẽm reducẽ dictam.

Omnium aũt primũ bñ hẽ determinare
que nũi dria et unitatis
si ẽ necẽ aut sm q̃ntm aut sm q̃le
differre horũ aũt neutrũ vĩr con
tingere exns hꝫ inq̃tm nũs sm
q̃ntum. Si aũt ꝛ unitates q̃ntitate
differrent et utrꝫ nũs aũo diff'
rent qm equalis plitate unita
tum. Adhuc utrũ que prime
maiores aut minores ꝛ posterius
crescunt aut econtrario. omnia. n. hꝫ ir
rõnabilia. at ũ nꝫ ẏ quale differre
contingit nullam. n. ipsis existere
passiõem possibile et. n. nũc aũt existẽ
quale posterius q̃ntitate. Adhuc hec neqꝫ
utrꝫ ab uno hꝫ hns fiet. nꝫ utiqꝫ
a dualitate hꝫ quid. n. nõ esse
hꝫ aũt q̃ntum quale eẽ uid enim
multa entia causa ipsius ẽ. Si
ẽ hẽt aliqualr̃ alr̃ dr̃ in principio
maxime hꝫ et determinandũ de unita
tis dria. Cõ maxime quid igit
si quid sunt nũi ẏdee nꝫ con̄ibi
les unitates omnis contingit esse.
Manifestum nꝫ unicem incon̄ibiles ne
utro modorũ at nõ ut alii quidã
dicit de nũis dicẽ bñ. Sunt aũt
quidem ẏdeas quid nõ putant
eẽ nꝫ simplr̃ nꝫ ut nũos aliquos
existẽtes mathica aut eẽ ꝛ nũos
primos entiũ et principiũ ipsorũ
eẽ ipsm unũ. In genis. n. inutum
quid eẽ ad primũ nũorꝫ ut illi aũt

dualitatem aut dualitatum non
neque trinitatum eius. scilicet rationis
omnia sunt si quidem ergo sic habent
que esse numerum et ponet quis esse
mathematicum solum non est unum
principium. Necesse enim differre unum esse
ab aliis unitatibus. si autem hoc et du-
alitatem quandam primam a dualitatibus
tatibus similiter autem et alios numeros qui
consequenter. Si autem est unum principium necesse
magis quemadmodum Plato dixit habere quam esse
numeros et esse dualitatem primam
et trinitatem et non comparabiles esse
numeros adinvicem. Si autem iterum
quis ponat hoc rursum quod impossibilia multa
accidit. at vero necesse erit sic aut illo
modo habere. Quare si neutro modo
utique contingeret numerum esse separabilem.
Manifestum autem ex his et quod pessime
dicitur tertius modus esse eundem numerum eum
qui specierum et mathematicum. Necesse enim in
unam opinionem convenire duo peccata
neque mathematicum numerum contingit hoc esse
modo sed proprias suppositiones supponentem
necesse prolongare et quecumque dicunt
numerum ut species accidit et hoc necesse di-
cere. Pythagoricorum autem modus
sic quidem minores habet difficul-
tates prius dictis sit autem proprias
alias facere quidem enim non separa-
bilem numerum auferet multa impossibilium.
corpora autem ex numeris esse composita et numerum
hunc esse mathematicum impossibile est. neque enim
indivisibiles magnitudines dicere
verum dicentium quod maxime si hoc habet modo
non unitates magnitudinem ha-
bent. Magnitudinem autem ex in-
divisibilibus componi quomodo possibile. At
vero arismeticus quidem numerus non
monadicus est. Illi autem numerum en-
tium dicunt. theoremata enim non ap-
tant corporibus tamquam ex illis

existentibus numeris. Si igitur necesse quidem si est
numerus entium aliquod secundum se ponunt esse aliquem
dictorum modorum, nullo autem horum
contingit, manifestum quod non est numeri aliqua
talis natura qualem constituunt separa-
bilem facientes ipsum. Adhuc utrum unaquaeque
unitas ex magno et parvo equalis est
aut hec quidem ex parvo, hec autem ex ma-
gno. Si quidem itaque sic, neque ex omnibus elementis
unumquodque, neque indifferentes unitates.
Sed quod vere est sit accidens nulli et de quo
ambo et utrumque et quod est ex his di-
cantur ex indivisibilibus utique est omne.
Quidam autem tradiderunt rationibus utrisque, quiescunt
hinc quidem quoniam omnia unum sunt si quod
est unum significat, quoniam est et quod non est. Est at
que decisionis individuas facientes
magnitudines. Manifestum autem est et
quoniam non verum est quod si unum significat quod est
et non possibile est simul contradictionem
esse, non erit nichil quod non est. Nichil enim
prohibet non simpliciter esse sed non ens esse
aliquid esse quod non est. Dicere igitur preter ipsum quod est
non aliquid erit aliud, unum omnia esse inconveniens.
Quid enim addiscit ipsum quod est nisi quod
vere est aliquid sit. Si autem hoc, nichil tamen pro-
hibet multa que sunt esse, sicut dictum est.
Quod igitur sic unum esse quod est
impossibile sit manifestum est.

Sicut autem physici dicunt, duobus modis
sunt. Hii quidem enim unum facientes
entes quod est corpus subiectum aut
trium aliquid aut aliud quod est igne quidem
densius, aere autem subtilius, alia
generant densitate et raritate mul-
ta facientes. Hec autem sunt contraria,
universaliter autem excellentia et defectus, sicut
magnum dicit Plato et parvum, nisi quod hic
quidem hoc facit materiam, unum vero speciem;
alii vero unum quidem subiectum materiam et

ria autem et duas et species. Quidam autem et
ex uno inherentes contrarietates segregant
quemadmodum Anax. dixit et quicumque autem unum
et multa dicunt esse sicut Empedocles et Anax.
ex commixtione. segregant alia.
Differunt autem ab invicem in eo quod hic
circulationem facit horum, hic autem et semel.
et hic quidem infinitas similes partes et
contrarias, ille vero vocata elementa solum. Videtur
autem Anax. sic infinita opinari ut ac
cipiat communem opinionem physicorum esse veram
tamquam non fiat nullum eorum quod non
est. propter hoc enim sicut dicunt erant simul
omnia et fieri huiusmodi statuunt alterari. a
liqui autem congregationem et segregationem.
Amplius ex eo quod fiunt ex alterutris contraria
inerant. quare si enim omne quod fit necesse est
fieri aut ex his que sunt aut ex his
que non sunt horum autem alterum quod est ex hi
is que non sunt fieri impossibile est de
hac enim conveniunt opinione omnes
quidem de natura. reliquum iam contingere ex
necessitate putaverunt ex his que sunt
et insunt fieri sed propter parvitatem magnitu
dinum ex insensibilibus nobis. unde dicunt esse
in omni mixtum propter id quod omne ex omni vide
bant fieri. Apparere autem differentia et appellari
altera ad invicem ex magis superhabundante
propter multitudinem in mixtione infinito
rum. sincere quidem enim totum album
aut nigrum aut os non esse sed quod plus
unumquodque habet hoc videtur esse naturam rei. Si igitur in
finitum secundum quod infinitum ignotum
est secundum multitudinem quidem et magnitu
dinem infinitum ignotum quantum est quoddam
secundum speciem autem infinitum ignotum quale
quoddam est. principiis autem infinitis ex
istentibus et secundum multitudinem et secundum
speciem impossibile est que sunt ex
his cognoscere. sic enim cognoscere compo
situm arbitramur cum cognoscimus
ex quibus et quantis sit. Amplius autem
si necesse est cuius pars contingit quamlibet esse secundum

magnitudinem et parvitatem et ipsum
contingere. dico autem talium aliquam
partium in quam cum inest dividitur totum.
si autem impossibile est animal aut plan
tam quamlibet esse secundum magnitudinem
et parvitatem manifestum est quod neque partium
quamlibet. erit enim totum similiter. caro enim
et os et huiusmodi partes sunt animalis et
fructus plantarum. Manifestum igitur quod
impossibile est carnem aut os aut aliud
aliud quamlibet esse magnitudine aut in
maius aut minus. Amplius si omnia
insunt quidem huiusmodi invicem et non
fiunt sed segregantur cum insint, dicuntur
autem a plurimo, fit autem ex quolibet quodlibet
ut in carne aqua segregata et caro
ex aqua. omne autem corpus finitum si
resecetur corpore finito manifestum est quod non
contingit in uno quoque unumquodque esse.
Remota enim ex aqua carne et iterum
alia facta ex reliquo segregatione quamvis
semper minor erit segregata sed tamen non ex
cellit magnitudo a parvitate quadam.
Si quidem stabit segregatio non omne in omni erit
in reliqua enim aqua non inerit caro
si vero non stabit sed habebit semper remotionem
in finita magnitudine equalia in
finita inerunt infinito secundum mag
nitudinem. hoc autem impossibile est. Ad hoc autem
si omne quidem corpus remoto quodam
minus necesse est fieri, carnis autem determina
ta est quantitas et magnitudine et
parvitate manifestum est quod ex minima carne
nullum segregabitur corpus. erit enim minus mi
nima. Amplius autem in infinitis corpori
bus inerit utique iam caro infinita
et sanguis et cerebrum separata tamen ad
invicem nichil autem minus entia et in
finitum unumquodque. hoc autem irrationabile est. hoc autem
nequaquam autem segregandum esse nesciens
dicit recte enim dicit. passiones enim in
separabiles sunt. si igitur mixti sunt
colores et habitus si segregentur erit

aliquid album et sanatiuum non alterum aliquid
alterum sit. Amplius de celo quare intelligens est ipso
querens intellectus si uere uelit quidem segre-
gare. Hoc autem facere est impossibile et secundum
quantitatem et secundum qualitatem; secundum quanti-
tatem quidem quia non est minima magni-
tudo, secundum qualitatem autem quoniam insepa-
rabiles sunt passiones. Non rec-
te autem neque generationem accepit similium partium;
est enim ut lutum in luta diuiditur, est autem ut
non. Et non idem modus est ut lateres ex domo
et domus ex lateribus; sic autem aqua et
aer ex alterutris et sunt et fiunt. Melius
autem est minora et finita recipere quod uere
fecit Empedocles.

Omnes igitur contraria principia faciunt,
et dicentes quod unum sit omne et im-
mobile et Permenides, scilicet calidum et frigidum
principia. Hoc autem appellat ignem et
terram; et qui rarum et densum; et Democri-
tus firmum et inane, quorum aliud quidem quod est,
aliud autem sicut quod non est esse dicit ab hoc positione,
figura et ordine. Hec autem genera contrariorum
sunt: positionis sursum et deorsum, ante et retro;
figure angulus, rectum, circulatum.
Quod quidem igitur contraria quodammodo omnes fa-
ciunt principia manifestum est. Et hoc rationabiliter; oportet
enim principia neque ex alterutris esse neque ex
aliis, et ex his omnia. Contrariis autem
primis insunt hec: propter id quod prima quidem
non sunt ex aliis, propter id quod sunt
contraria non sunt ex alterutris. Sed oportet hoc in
ratione considerare qualiter contingat acci-
piendum. Igitur est primum quod omnium que sunt
nullum neque facere aptum natum est neque
contingens pati a contingenti, neque fit
quodlibet ex quolibet, nisi aliquis accipiat secundum accidens
qualiter. Utique enim fiet album ex musi-
co, nisi accidens sit albo aut nigro mu-
sicum; sed album quidem fit ex non albo,
et hoc ex non omni, sed nigro aut me-
dio; et musicum ex non musico, sed non
ex omni, sed ex immusico aut ex hiis

si ex aliquibus ipsis est medium. Similiter igitur
corrumpitur in contingens primum ut album
non ut in musicum nisi forte secundum accidens,
sed in non album, et non in contingens pri-
mum ut album non ut in musico nisi forte
secundum accidens, sed non album, et non in contingens
sed in nigrum aut medium. Similiter et musicum
in non musicum, et hoc non in contin-
gens sed in non musico aut si ipsis ad
medium est. Similiter autem est et in aliis, quoniam non
solum simplicia eorum que sunt
sed et composita secundum eundem se habent modum;
sed propter hoc quod opposite dispositiones non de-
nominate sunt, latet hoc contingens.
Necesse est enim omne consonans ex inconso-
nanti fieri et inconsonans ex consonanti,
et corrumpi et consonans in inconsonantiam,
et hanc non in contingentem sed in op-
positam. Nichil autem interest in consonantia
dicere aut positione aut compositione; manifestum enim
est quod eadem sit ratio. At vero domus et sta-
tua et figuratorum aliquid ex non figu-
rato, et unumquodque horum alia quidem ordo,
alia vero compositio quedam sunt. Si igitur hoc
verum est, quod omne quod fit fiat et corrumpitur
quod corrumpitur aut ex contrariis sunt, ut colores
ex albo et nigro, quare utique erunt que
natura fiunt aut contraria aut ex contrariis.
Usque quidem igitur hoc fere secuti sunt et aliorum
plurimi, quemadmodum diximus prius; omnes enim
elementa et ab ipsis vocata principia, licet
sine ratione ponentes, tamen contraria dicunt, tamquam
ab ipsa veritate coacti. Differunt autem
tamen ab invicem in eo quod alii quidem
priora, alii posteriora accipiunt, et quod
hii quidem notiora secundum rationem, illi autem
secundum sensum; hii quidem, scilicet calidum et frigidum, illi
autem humidum et siccum, alii autem parem et
imparem. Quidam autem concordiam et
discordiam causas ponunt generationis.
Hec autem differunt ab invicem secundum dictum
modum, quare accidit eadem dicere quodammodo et
altera ab invicem: altera quidem quemadmodum videntur

pluribus. Eadem autem secundum analogiam ac-
ceperunt enim et ex eadem et ordinatione hec quedam
enim continent alia autem continentur
contrariorum sic igitur similiter dicunt et ali-
qualiter prius et melius. Et hii quidem no-
tiora secundum rationem sicut dictum est prius illi
autem secundum sensum. universale quidem enim secundum rationem
notum est. Singulare autem vero quidem
enim universale est sensus autem particularis ut
magnum et parvum secundum rationem. rarum autem
et densum secundum sensum. Quod quidem igitur con-
traria oportet esse principia manifestum est. Con-
Consequens autem utique erit dicere
utrum duo aut tria aut plura sint
unum quidem enim impossibile est quoniam non
unum contraria infinita autem non quoniam in-
scibile quod est erit et una contrarietas in omni
genere uno substantia autem unum quoddam genus est
et quod contingit ex finitis melius ex fi-
nitis quemadmodum empedocles quam ex infinitis
Amplius sunt alia aliis priora contraria
et fiunt altera ex alteris ut dulce
et amarum et album et nigrum principia
que semper oportet manere. Quod quidem igitur neque unum neque
infinita sunt manifestum est. Ex tribus quemadmodum
rationem deficiet. non utique aliquis qualiter den-
sitas plures quam autem fiunt facere
duo tamen vel non facere duo tamen quemadmodum
rationem deficiet unum enim utique aliquis con-
densitas raritatem faciet aliquid apta
nata sit aut hoc densitatem. Similiter autem et amicitia
quecumque contrarietas non concordia discor-
diam et facit aliquid ex ipsa neque discor-
dia ex illa. sed utraque alterum quoddam tertium
Quidam autem et plura recipiunt ex quibus
parant eorum que sunt naturam. Ad
huc autem amplius et de hoc aliquis dubitabit
nisi aliquis supposuerit contrariis naturam nullius
enim videmus eorum que sunt substantiam contraria
principium autem non de subiecto oportet dici a-
liquo erit enim principium et prius in
principio subiectum enim principium et prius videtur esse
predicato. Amplius non esse dicimus substantiam contrariam

substantie qualitates. Igitur ex non substantiis substantia utique
erit aut quomodo prius non substantia erit substantia
unum si quis et priorem naturam putabit
esse rationem et hanc necesse est si debet salvare
utrasque ipsas subicere quemadmodum faciunt quicumque
dicunt unam quandam naturam dicentes omne
ut aquam aut ignem aut medium
horum. Videtur autem medium magis i-
gnis. nam et terra et aer et aqua con-
trarietatibus complexa sunt. Unde non
irrationabiliter faciunt substantiam alteram ab
hiis facientes aliorum alii quidem a-
erem. aer enim minime habet aliorum
differentias sensibiles consequens autem aqua. Sed
omnes unum hoc contrariis figurant ut densi-
tate et raritate et eo quod magis
et minus. Hec autem sunt omnia excel-
lentia videlicet et defectus sicut dictum est prius. Et
prius sicut videtur antiqua esse opinio hec quod
unum et superhabundantia et defectus principia rerum
sunt sed non eodem modo. Sed antiqui duo
quidem facere unum autem pati posteriorum
quidam autem contrarium quidem facere duo autem
dicunt pati magis. Tria quidem igitur
dicere elementa erit et ex hiis et ex hui-
usmodi intendentibus videbitur utique habere
quandam rationem sicut diximus plura autem
tribus non amplius. quidem enim sufficiens est
unum si autem quattuor existentibus due e-
runt contrarietates oportebit seorsum
utrisque esse alteram quandam naturam mediam
si autem ex invicem possunt generare ocio-
sa utique altera contrarietatum erit. Simul
autem et impossibile est plures esse contrarietates pri-
mas substantia autem unum quoddam genus
est entis. Quare in eo quod prius et quod poste-
rius sunt differunt ab invicem tantum sed non
genere. Semper enim in uno genere contrarietas u-
na est omnes enim contrarietates reduci videntur
in unam. Quod quidem igitur neque unum neque
plura duobus vel tribus manifestum est
horum autem utrum quemadmodum diximus
dubitationem habet multam. Sic igitur nos

dicamus primum de omni generatione aggredien-
tes; est enim secundum naturam quae prius communia dicere et
sic et unumquodque propria speculari. Dicimus enim
fieri ex alio aliud et ex altero alterum
aut simplicia dicentes aut composita.
Dico autem sic. Est enim hoc fieri simplicia
dicentes aut composita hominem musicum fieri est
autem non musicum fieri musicum aut
non musicum hominem hominem musicum.
Simpliciter quidem igitur dico quod fit simplici-
ter musicum et non musicum et quod simplici-
ter fit musicum. Compositum autem et quod fit
et quod est factum cum non musicum hominem
dicamus fieri musicum hominem. Horum
quidem non solum dicitur hoc fieri sed et ex hoc fieri
ut ex non musico musicus; hoc autem non dicitur
in omnibus; non enim ex homine factus est musicus
sed homo factus est musicus. Eorum autem que
fiunt sic simplicia dicimus fieri hoc quidem
permanens fit, illud vero non permanens;
homo quidem enim permanet musicus factus
homo et est, non musicum autem et immusicum
neque simpliciter neque compositum permanet. De-
terminatis autem his ex omnibus que fiunt hoc
autem accipere est si aliquis intendit sicut dicimus
quoniam oportet aliquid semper subici quod fit et hoc si numero
est unum, sed specie non unum est; specie enim dico
et ratione idem; non enim idem est homini et im-
musico esse. Et hoc quidem permanet, illud
vero non permanet; non oppositum quidem per-
manet, homo enim permanet; musicum
autem et immusicum non permanent neque ex
ambobus compositum ut immusicus homo. Sed
ex aliquo fieri aliquid et non hoc fieri aliquid
magis quidem dicitur in non permanentibus,
non ut ex musico musicum fieri, ex homine
autem non. At vero et permanentibus
aliquando dicitur similiter; ex aere enim statuam dicimus
fieri, non aes dicimus statuam. Hoc tamen ex oppo-
sito et non permanenti utroque dicitur
ex hoc hoc et hoc hoc; et namque ex immusico
et immusicum fit musicum; ex incomposito similiter est;
et enim ex immusico homine et immusicus

homo dicitur fieri musicus. Multipliciter autem
dicto fieri et horum que non simpliciter
fieri sed hoc aliquid fieri, simpliciter autem fieri
solum substantiarum, secundum alia quidem manifestum quod necesse est subi-
ci aliquid quod fit; et enim quantum et quale et
ad aliud et ubi fiunt in subiecto aliquo
propter id quod solam substantiam de nullo alio dici subiecto,
hoc alia autem omnia de substantia. Quod autem et substantie
et quecumque alia simpliciter entia ex
quodam subiecto fiunt considerantibus utique fi-
et manifestum; semper enim aliquid est quod subicitur ex quo
fit quod fit, ut plante et animalia ex semine.
Fiunt autem que fiunt simpliciter alia quidem
transfiguratione ut statua, alia vero appositio-
ne ut que augmentantur, alia vero abla-
tione ut ex lapide Mercurius, compositione
autem ut domus, alteratione vero ut que
convertuntur secundum materiam. Omnia autem que sic
fiunt manifestum est quoniam ex subiectis fiunt. Quare
manifestum ex dictis est quoniam quod fit semper
compositum est, et est quidem aliquid quod fit, et est
aliquid quod hoc fit, et hoc duplex; aut enim subiectum
aut oppositum. Dico autem oppositum quidem
immusicum, subiectum autem hominem,
et infiguratum et inordinatum et in-
compositum oppositum, aes autem aut lapidem et
aurum subiectum. Manifestum igitur quod si quidem
cause sunt et principia eorum que natura sunt
ex quibus primis sunt et fiunt non secundum
accidens sed unumquodque quod dicitur secundum substantiam, quod
fit ex subiecto et forma; componitur autem
musicus homo ex homine et musico quo-
dammodo; resolves enim rationes in rationes
eorum. Manifestum igitur est quod fiunt que fiunt
ex his. Est autem subiectum numero quidem unum, specie vero
duo; homo quidem enim et aurum et omnino materia numerabilis; hoc enim aliquid
magis et non secundum accidens ex ipso fit
quod fit; privatio autem et contrarietas accidens.
Unum autem species, ut ordinatio aut musica
aut aliorum aliquid talium predicatorum. Unde est quidem
sic duo dicenda sunt esse principia,
est autem sic tria; et est quidem sic contraria

vt si aliquis dicat musicum et inmusicum
aut album et nigrum aut consonans et incon-
sonans est autem sicut non alterutris enim
pati contrarium impossibile est. Solvitur autem
propter quod aliud est subiectum hoc enim non est contrarium
quare neque plura contrariis sunt principia
quodammodo sed duo ut est dicere numero neque
iterum penitus propter id quod alterum est esse
ipsis sed tria alterum enim est esse homini
musico et non musico et est musico esse
et infigurato et eri. Quot quidem igitur
principia sunt generationem physicorum et quo-
modo tot sint dictum est et manifestum est quoniam oportet
subici aliquid contrariis et contraria duo esse
Sed quodam modo alio non necessarium est sufficiens
enim erit alterum contrariorum facere absen-
tia et presencia mutationem. Subiecta autem
natura scibilis est secundum analogiam sicut enim
ad statuam es aut aliquid ad lec-
tulum lignum aut aliorum aliquid habi-
cium formam informe et informe se habet prius
quam accipiat formam sic ipsa se ad substantiam
se habet et hoc ad quod est unum quidem igitur principium
est non sic unum existens neque sic unum sicut
hoc aliquid unum autem secundum quod ratio. Simpliciter
contrarium huic privatio hec autem quomodo duo et
quomodo plura dictum prius quidem igitur dictum est
quod principia contraria sunt solius quod necesse et
et aliud quoddam subici et esse tria. Ex hiis
autem nunc manifestum est que differentia contrariorum et quomodo se
habent ad invicem principia et quid subiectum
utrum autem substantia species aut subiectum nondum
manifestum est. Sed quod tria principia et quomodo tria et quis
modus eorum dictum est. Quot quidem igitur et que
sint principia ex hiis considerentur. Quod
autem singulariter sic solvitur et antiquorum
defectus dicamus post hoc. Querentes enim
secundum philosophiam primum veritatem et naturam rerum
diverterunt ut in viam quandam aliam ab-
scedentes abstinentiam et divitias neque fieri
eorum que sunt nullum neque corrumpi propter
id quod est necessarium fieri quod fit aut ex eo quod

est aut ex eo quod non est. Ex hiis autem
utrisque impossibile est esse neque enim quod est
fieri contingit est enim neque iam ex eo quod non est
nichil utique fieri subici enim aliquid oportet et sic consequenter
contingens augmentantes neque esse multa
dixerunt sed tantum quod est illud igitur tantum accipie-
bant opinionem propter quod dicta eaque dicta sunt.
Nos autem dicimus quod quidem ex eo quod est aut
ex eo quod non est fieri aut quod est aut quod non
est aliquid facere aut pati aut quodlibet aut fieri
uno quidem modo nichil differt ut medicum
aliquid facere aut pati aut quodlibet hoc fieri
ex medico aliquid esse aut fieri. Quare
quoniam hoc dupliciter dicitur manifestum est quoniam ex eo quod est
et ex eo quod non est aut facere aut
pati quidem igitur medicus non secundum quod me-
dicus sed secundum quod edificator et albus fit non
in quantum medicus sed in quantum niger. medicat
autem et non medicus fit in quantum est medicus
quoniam autem proprie dicimus maxime medicum aliquid
facere aut pati aut fieri ex medico si hoc
quod medicus hoc patiatur aut faciat. Manifestum
quod ex eo quod non est aliquid fieri et hoc significat in quantum
non est quod illi quidem non determinantes deli-
querunt et propter hanc ignorationem in tantum ig-
noraverunt quod nichil opinati sunt fieri neque esse
aliorum sed auferre omnem generationem. Nos autem
opinati ipsi fieri quidem nichil simpliciter ex eo
quod non est. Sed tamen fieri ex eo quod non est ut
secundum accidens. Ex privatione enim quod est quidem per
se non ens non inexistente fit mirabile
autem videtur et impossibile sic fieri aliquid ex eo quod non est.
Similiter neque ex eo quod est neque fieri nisi secundum accidens.
Sic autem et hoc fieri eodem modo ut si ex animali animal
utique fiat et ex quodam animali quoddam animal
ut si canis ex equo fiat. fiet quidem
enim utique non solum ex quodam animali canis
sed et ex animali. Sed non in quantum est animal. Est enim
utique non solum ex quodam animali canis sed
et ex animali hoc. Sed non in quantum est animal. Est enim
iam hoc si autem aliquid oportet fieri animal non secundum accidens
Sed non ex animali erit. Et si aliquid quod est non

ex eo quod est neque ex eo quod non est. Quomodo enim
est ex eo quod non est dictum est nobis quoniam significat
quia inquantum non est. Et privatio autem
esse omne non removentes autem nimis quidem
ergo modus hic est. Alius autem quem contingit
eadem dicere secundum potentiam et actum. Hec autem de-
terminata sunt in aliis et per certitudinem
magis. Quare quod dictum est dubitationes solvun-
tur propter quas coacti removent predictorum
quedam propter quod non in tantum destiterunt prio-
res alia in generationem et corruptionem et
omnino in mutationem. Hec enim utique visa non
omnem solvunt horum ipsorum ignoranciam.
Tangentes quidem igitur et alteri quidem
sunt ipsam sed non sufficienter. Primum
quidem enim confitentur simpliciter fieri aliquid ex
eo quod non est inquantum Parmenides recte est dicere.
Postea videtur ipsis si una est numero una et potentia
tantum una ipsa esse. Sed hec differt plurimum.
Nos quidem enim materiam et privationem alterum
dicimus horum quidem non esse secundum accidens
materiam, privationem autem per se non esse et hanc
quidem prope esse substantiam aliqualiter materiam,
privationem autem non esse nequaquam. Quidam
autem quod non est magnum et parvum similiter autem
simul utrumque aut seorsum utrumque. Quare
penitus alter modus est hic trinitatis et ille.
Usque quidem enim ad hoc pervenerunt quod oportet
quandam supponi naturam hanc tamen unam
faciunt. Et enim si aliquis dualitatem facit
dicens magnum et parvum ipsam nichil
minus idem facit alteram enim despexit.
Subiecta quidem enim concausa forme eorum
est que fiunt sicut mater. Altera vero pars
contrarietatis multotiens fantasiabitur
ad maleficium ipsius pretendenti intellectum
nec esse penitus. Existente
enim quodam divino et optimo et appetibili
alterum quidem contrarium esse ipsi dicimus, alterum autem ap-
tum natum esse appetere et desiderare ipsum
secundum ipsius naturam. Quibusdam autem accidit
contrarium appetere sui ipsius corruptionem

et nec sui ipsius corruptionem et nec sui
ipsius potest esse appetere speciem propter non esse
indigens neque contrarium corruptiva enim sibi
ad invicem contraria. Sed hoc est tamquam si femina
masculum et turpe bonum; non quod per se est
turpe sed secundum accidens. Corrumpitur autem et fit
est quidem ut est, autem ut non secundum quidem enim quod
est in quo, secundum se corrumpitur. Quod enim corrumpitur
in hoc est privatio. Inquantum autem secundum potentiam non per
se, sed incorruptibile et ingenitum est necesse
est esse ipsam. Si enim fiat subici aliquid oportet primum
ex quo fiet hoc inest. Hoc autem est hec natura quare erit ante-
quam fiat. Dico autem materiam primum subiectum unicuique
ex quo fit aliquid cum insit non secundum accidens.
Et si corrumpitur in hoc abibit in ultimum
quare corrupta erit antequam corrumpatur.
De principio autem secundum speciem utrum
unum aut plura aut que et aut quot
sunt per certitudinem prime philosophie opus
est determinare. Ergo in illud tempus apponatur.
De phisicis autem et corruptibilibus et speciebus
in posterius determinandis dicemus.
Quod quidem igitur sunt principia et que et
quot numero determinentur a nobis sic.
Iterum aliud principium incipientes
dicamus.

Eorum que sunt alia
quidem sunt natura alia
vero propter alias causas.
Natura quidem sunt
alia animalia et partes ipsorum
et plante et simpli-
cia corporum ut terra et ignis et aer et aqua.
Hec enim esse et huiusmodi a natura esse dicimus. Omnia
autem que predicta sunt videntur differre ab
non natura existentibus. Eorum quidem na-
tura sunt unumquodque in se ipso principium
motus et status hoc quidem secundum locum illa
vero secundum augmentum et decrementum. Quedam
autem secundum alterationem. Lectulus autem et in-
dumentum et si aliquid huiusmodi est genus est secundum
quod quidem sortitum est in predicatione una

quacumque et necesse est ab arte nec unum habet impetum mutationis innatum. Sed autem quod contingit ipsis lapideis aut terreis esse aut mixtis ex hiis habent tantum tamquam existente natura aliqua principio alicuius et causa movendi et quiescendi in quo est primum per se et non secundum accidens. Dico autem non secundum accidens cum fiat utique ipse sibi aliquis causa sanitatis cum sit medicus. Sed tamen non secundum quod sanatur medicinam habet sed accidit eundem medicum esse et sanari. Unde et dividuntur aliquando ab invicem. Similiter autem et aliorum unumquodque que fiunt, nullum enim ipsorum habet in se ipso factionis principium. Sed alia quidem in aliis et ab extrinseco ut domus et aliorum manu factorum unumquodque, alia vero in se ipsis quidem sed non secundum se ipsa quecumque secundum accidens cause fiunt utique ipsis. Est igitur natura quod dictum est. Naturam autem habent quecumque huiusmodi habent principium. Et sunt hec omnia substantia. Subiectum enim quoddam et in subiecto est natura semper. Secundum naturam autem sunt et hec et quecumque in hiis insunt secundum se quecumque ut igni ferri sursum. Hoc enim natura quidem non est neque habet naturam sed a natura et secundum naturam est.

Quid quidem igitur natura sit dictum est et quid a natura et secundum naturam. Quod autem est natura temptare demonstrare ridiculum est. Manifestum enim est quod huiusmodi entium sunt multa. Demonstrare autem manifesta per immanifesta non potentis est iudicare quod propter se et non propter se notum est. Quod autem contingat hoc pati non immanifestum est. Sillogizabit enim aliquis utique cum natus sit cecus de coloribus. Quare necesse est hiis de nominibus esse rationem, autem intelligere nichil.

Videtur autem natura et substantia eorum que natura sunt quod primum inest unicuique non transfiguratum per se ipsum ut lectuli natura lignum, statue autem es. Signum autem dicit Antiphon quoniam si quis infodiat lectum et accipiat potentiam putrescens ut utique sit germen, non utique fieret lectus sed lignum, tamquam dicat quod secundum accidens ens dispositionem secundum legem et artem, substantiam autem illam que permanet hec paciens continue. Si autem horum unumquodque ad aliud aliquid id hoc sustinet ut es quidem et aurum ad aquam, ossa autem et ligna ad terram, similiter autem et aliorum quodlibet illam esse naturam et substantiam ipsorum. Unde sane hii quidem terram, alii vero ignem, alii autem aerem dicunt, aliqui autem aquam, quidam vero quedam horum, alii omnia hec naturam esse entium que sunt. Quod enim aliquis ipsorum accepit huiusmodi sive unum sive multa, hec et tanta esse dicit omnem substantiam, alia autem omnia passiones istorum et habitus et dispositiones, et horum quidem quodlibet esse perpetuum, non enim esse mutationem ipsis ex se ipsis, alia autem fieri et corrumpi infinities.

Uno quidem igitur modo sic dicitur prima unicuique subiecta materia hiis quecumque in se ipsis motus principium et mutationis. Alio autem modo forma et species que est secundum rationem. Sicut enim ars dicitur quod est secundum artem et artificiale, sic et natura quod secundum naturam dicitur et quod naturale. Neque autem illud adhuc dicimus habere secundum artem nisi solum potentia sit lectulus, similiter enim habet speciem lectuli, neque esse artem, neque in hiis que natura subsistunt. Potentia enim caro aut os nondum habet adhuc suam ipsius naturam priusquam accipiat speciem secundum rationem quam diffinientes dicimus quid est caro aut os, neque natura est. Quare alio modo natura utique erit huiusmodi in se ipsis motus principium forma et species non separabilis ens sed autem secundum rationem. Quod autem est ex hiis natura quidem non est sed a natura, ut homo. Et natura magis hec est quam materia. Unumquodque enim tunc dicitur cum en-

delichia sit & magis qm ai pos. Amp
fit ex hoie ho s3 no lectulus ex lec
tulo vn dnt no figuram ee nam s3
lignu qm fit utiq si germinet no
lectulus s3 lignu si ergo h ars et
forma et h natura fit .n. ex hoie
homo. Amp aut natura dca sic
gnio via e in nam. Non n. qmad
medicatio dr non i mediam via s3
in sanitatem nece quid eni est a
medicina no in medicina ee medi
catom non sic autem natura se
ht ad naturam s3 q nascitur ex
quoda in quoda uenit p q nascit
e. Quid igitur nascitur non ex q
s3 in quid.
in p^a e. ...
...
...ad ... gnioni aut no est
et posius ... est.

Qoniam autem determinatum e
quot modis natura dr post
h speculand quo differt mathicus
a phico & .n. plana & firma ht
phica corpora et longitudines & punc
ta de quibus intendit mathic. Amp
plius astrologia altera e aut pars
phice si .n. phici e quid sit sol aut
luna scire accntu aut que sunt p
se ullum nigens et alt qm inr q
de natura dntes et de figura sol
et lune & utrum sperica sit terra et
mundus aut non de his quid s
negotiatur et mathicus s3 no in
q phici corporis ts e unuqq. neq
accncia speculatur inqr talibus
existibus accnt vn et abstrahit ab
stracta .n. a motu sunt et mch d
isfert m fit mdacium abstrahencium.
Latent aut h facientes & ydeas
dntes phica .n. abstrahunt cu mi
nus sint abstracta mathicis. Fiet
aut utiq h maim si d utrorumq

temptauit dare dios & ipsorum & acci
cia. impar quidem .n. & par & rectum
et curuum. Adhuc ae et linea & fi
gura sine motu. Caro autem
et os et ho no ad hc s3 ad h sic nasus
sima s3 no sic curuum dr. Demon
strant aut & que magis phica quam
mathica ut pspectiua & armo
nica et astrologica. Contrario ei
quoda in se ht cu geometrica.
Geometrica quidem .n. de phica linea
intendit s3 non inqntum e phica
s3 pspectiua quid mathica linea
s3 no inqntum mathica s3 inqntum e phica.

Qoniam aut natura dupr dr
species & ma sic de simo quid sit
intendimus sic considerandum e qr m sin ma hi
m s3 m materiam. Et .n. iam & de hoc
dubitabit aliquis dupr qr due nc sint
de qua e phica aut de eo q e ex utris
s3 si de eo et ex utraq utrum igitur eid
aut alius utraq cognoscere in antiquos
quid eni aspicienti uidebit utiq ee
materiei ex pua .n. pte quadam emp. &
democritus speciem et q q erat ee tete
tigerunt si aut ars imitatur naturam. eiusd
aut scientie e cognoscere speciem & materiam us
ad h ut medici sanitatem et colam & fle
gma in quibus e sanitas similr aut
et edificatoris e speciem domus & materiam
quia lateres et ligna sunt. Similr aut
& in aliis & i phice utiq erit cognoscere
utrasq naturas. Adhuc q cuius
causa & finem eiusd & quecq sunt
propter h natura aut finis e et cuius ca
fit quorum .n. continuo motu existente e
finis aliquis motus. h ultimum e et cuius
causa fit vn et poeta derisione ap
posuit dare ht finem cuius gratia ca
factus e uult .n. vltimum no omne ee ultimum
finem s3 optimum. Qm aut faciunt ar
tes mam alie quid simplr alie natura

De his quidem

Latent autem

opposite et utimur tanquam propter nos omnibus
que sunt. Sumus enim quodammodo
et nos finis. dupliciter enim est id cuius causa
sit; dictum est autem de hiis in hiis que
de philosophia. Due igitur sunt principantes
materie et cognoscentes artes
que utitur et factiva que architectonica, unde
et usualis architectonica quodammodo
est. differunt autem quia hec speciei quidem cognosci-
tiva est architectonica, alia autem ut
factiva materie. gubernator enim qualis sit spe-
cies aliqua temonis cognoscit et in-
stituit, alius autem ex quo ligno et
qualibus motibus erit. in hiis quidem igitur que
sunt secundum artem nos facimus materiam propter opus,
sed in phisicis inest. Amplius eorum que sunt
ad aliquid materia est; alia enim speciei alia materia.
Usque ad quantum igitur phisicum oportet cognoscere speciem et
quid est? aut quemadmodum medicum
nervum et fabrum es usquequo cuius causa est
unumquodque. Et circa hec que sunt separate quidem
specie, in materia vero. homo enim hominem generat ex
materia et sol. quomodo autem se habeat hoc separabile et quid sit
philosophie prime est determinare.

Determinatis autem hiis considerandum est de
causis que et quot numero sunt. Quoniam enim
sciendi gratia hoc negotium est,
scire autem non prius opinamur unumquodque
antequam accipiamus propter quid unumquodque, hoc
autem est accipere primam causam, manifestum est
quoniam et nobis hoc faciendum est et de generatione
et corruptione et de omni phisica mutatione,
quatenus scientes ipsarum principia redu-
cere in ipsa temptemus quesitorum
unumquodque. Uno quidem igitur modo causa dicitur
ex quo fit aliquid cum insit, ut es sta-
tue et argentum phiale et horum
genera. alio autem modo species et exemplum; hoc
autem est ratio ipsius quod quid erat
esse et huius genera, ut eius que est diapa-
son duo ad unum et omnino numerus et partes
que in diffinitione. Amplius unde principium
mutationis primum aut quietis, ut con-
silians causa et pater filii et omnino fa-
ciens facti et permutans permutati. Ad-
huc autem quemadmodum finis, hoc autem est quod cuius
causa, ut ambulandi sanitas. propter
quid enim ambulat dicimus ut sanetur,
et dicentes sic opinamur assignare
causam. et quecumque iam movente alio
in medio fiunt finis, ut sanitatis
macies et purgatio aut potiones
aut organa. omnia enim hec finis gratia
sunt, differunt tamen adinvicem quia alia
quidem opera alia vero organa. Cause qui-
dem igitur fere tot modis dicuntur. Con-
tingit autem multipliciter dictis causis et
multas eiusdem causas esse non secundum
accidens, ut statue statuaria et es
non secundum alterum aliquid sed secundum quod est statua,
sed non eodem modo, sed hoc quidem ut materia, illud
autem sicut unde motus. Sunt autem
quedam et adinvicem cause, ut laborare
causa est bone habitudinis et hec laborandi,
sed non eodem modo, sed hec quidem sicut finis,
illa autem sicut principium motus. Amplius
autem idem contrariorum est; quod enim presens
est causa huius, hoc et absentem
causamus aliquando contrarii, ut absentiam guber-
natoris navis subversionis, cuius
erat presentia causa salutis. Omnes
autem nunc dicte cause in quatuor cadunt
modos manifestissimos. Elementa enim
sillabarum et materia vasorum et ignis
et huiusmodi corporum et partes totius et suppositio-
nes conclusionis sicut ex quo cause
sunt. Horum autem hec quidem sunt
sicut subiectum, ut partes, alie sunt sicut
que quid erat esse, ut totum et compositio
et species. Semen autem et medicus et
consilians et omnino faciens omnes sicut
unde principium mutationis aut motus
aut status est. Alie autem sicut finis et
bonum aliorum. Quod enim cuius causa

potissima est et finis aliorum vult
esse. Differt autem nichil eam dicere
bonum vel videri bonum. Cause
quidem igitur hee et tot sunt specie. Mo-
di autem causarum numero quidem sunt
multi, capitales autem et hii paucio-
res. Dicuntur autem cause multipliciter et ip-
sarum similium specierum prius et posterius
alterum altero, ut sanitatis medicus
et artifex, et diapason duplum
et numerus, et semper continentia ad unumquodque.
Amplius sicut accidens et horum genera,
sicut statue aliter Policlitus et aliter
statuam faciens, quoniam accidit statu-
am facienti Policlitum esse, et continens
autem accidens, ut si homo causa sit sta-
tue aut omnino animal. Sunt autem accidentium
alia aliis longius et propinquius,
ut si albus et musicus causa
dicantur statue. Preter omnes autem
et proprie dictas et secundum accidens, alie quidem
sicut potentes dicuntur, alie vero sicut opera-
ntes, ut edificandi domum edificator
aut edificans edificator. Similiter autem
dicuntur et in quibus cause de his que dicta
sunt, ut huius statue aut statue aut
omnino ymaginis, et eris huius aut eris
aut omnino materie; et in accidentibus similiter.
Amplius autem complexe et iste et ille dicuntur,
ut non Policlitus neque statuam faciens
sed Policlitus statuam faciens. Sed tamen omnes hee sunt
multitudine quidem sex, dicuntur autem dupliciter:
aut enim sicut singulare aut sicut genus aut sicut accidens
aut sicut genus accidentis aut sicut
accidens aut sicut genus complexe hee
aut sicut simpliciter dicte. Omnes enim aut actu
operantes aut secundum potentiam sunt. Differunt
autem tantum quod operantes quidem et sin-
gulares simul sunt et non sunt et quo-
rum sunt cause, sicut hic medicans
cum hoc qui sanatur, et hic edificator
cum hoc edificato. Que autem sunt secundum
potentiam non semper; corrumpuntur enim non simul
domus et edificator. Oportet autem semper
causam uniuscuiusque summam
querere sicut et in aliis, ut homo edifi-
cat quoniam edificator, edificator autem
secundum edificativam; hec prima causa est,
et sic in omnibus. Amplius autem alie quidem
genera generum sunt, alie autem sin-
gulares singularium, ut statue sta-
tuam quidem faciens, hic autem hanc;
et potentias quidem possibilium, operantes
autem ad operata. Quot quidem
igitur cause et quomodo cause sint nobis
determinatum sit.

Dicitur autem fortuna et casus cau-
sarum, et multa que sunt et fiunt propter for-
tunam et propter casum. Quo igitur modo in
his causis est fortuna et casus, et
utrum idem sint fortuna et casus aut
alterum, et omnino quid sit fortuna et casus
considerandum est. Quidam enim et si sint aut q
non dubitant. Fieri enim nichil a fortuna
dicunt, sed omnium esse aliquam causam determinatam
quecumque nos dicimus a casu fieri aut a fortu-
na, ut veniendi a fortuna in forum
et reperiendi quem volebat quidem non opinabatur
autem, causa est velle venientem emere. Similiter
et in aliis que a fortuna dicuntur semper est
aliquam accipere causam sed non fortunam.
Quoniam si aliquid erat fortuna inconveniens utique
videbitur sicut et vere est, et dubitabit autem
utique aliquis propter quid nullus antiquorum
sapientium causas de generatione et cor-
ruptione dicens de fortuna nichil determinavit.
Sed sicut visum est nichil opinabantur
neque illi esse a fortuna. Sed mirabile hoc
videbitur sicut vere est. Multa enim et sunt
et fiunt et a fortuna et a casu que non
ignorantes quoniam est referre unumquodque in
aliquam causam eorum que fiunt sicut an-
tiqua ratio dixit destruens fortunam
et casum, tamen horum alia quidem dicunt esse

omnia a fortuna, alia non a fortuna, ut[?]
et quodam modo erit ipsius faciendi
memoria. At vero neque illorum aliquis o-
pinatur esse fortunam, aut amicitiam
aut litem aut ignem aut aliquid
aut aliud talium. Inconveniens igitur est, sive puta-
verunt esse, sive putantes reliquerunt, et
hac aliquando utentes, sicut Empedocles non semper
aerem congregari superius dicit, sed ut con-
tingit. Dicit enim in mundi creatione
quod sic obviavit se currens tunc, multo-
tiens autem aliter. Et partes animalium a fortuna
aut fieri plurimas. Sunt autem quidam
qui caeli huius et mundanorum omnium causam
dicunt esse casum. A casu enim fieri volutationem
et motum discernentem et statuentem
in hunc ordinem omne. Et maxime hoc admiratio-
ne dignum est, dicentes animalia quidem et
plantas a fortuna neque esse neque fieri, sed
aut naturam aut intellectum esse aut huiusmodi alteram
causam; non enim quodcumque evenit ex semine
unoquoque fit, sed ex tali quidem oliva,
ex tali autem homo. Caelum autem et divinio-
ra manifestorum a casu fieri; huiusmodi autem causam
nullam qualem animalium et plantarum.
Et quidem si sic se habet, hoc ipsum dignum est in-
sistere, et bene habet aliquid dicere de hoc ipso.
Absonum enim eo quod et aliter inconveniens est quod dicunt,
adhuc inconveniens dicere hoc videntes quidem
in caelo nihil casu fieri, in his quae non
sunt a fortuna multa contingere
a fortuna; et erat utique e contrario fieri.
Sunt autem quidam quibus videtur esse causa
quidem fortuna, immanifesta autem humano
intellectui, tamquam divinum quoddam ens et
felicius. Quare considerandum est quid sit utrumque,
et si idem aut alterum sit et casus et
fortuna, et quomodo incidant in causas.
Primum quidem incedimus.
Quoniam videmus alia quidem semper similiter,
alia autem frequenter, manifestum est
quoniam neque horum causa fortuna dicitur neque

quod est ex necessitate et semper, neque eius
quod est sicut frequenter. Sed quoniam quaedam
fiunt praeter haec, et omnes dicunt haec esse
a fortuna, manifestum quod fortuna aliquid sit
et casus. Huiusmodi enim a fortuna, et quae a
fortuna huiusmodi esse scimus. Eorum autem
quae fiunt alia quidem propter hoc fiunt, alia
vero non. Horum autem alia quidem secundum propositum,
alia vero non secundum propositum; ambo autem
sunt in his quae sunt propter hoc. Quare
manifestum est quoniam in his quae sunt praeter
necessarium et quod sicut frequenter, sunt quaedam
esse quae contingit quod est propter hoc. Sunt autem
propter hoc quaecumque ab intellectu utique aguntur
et quaecumque a natura. Huiusmodi igitur cum secundum
accidens fiunt, a fortuna dicimus esse. Sicut
enim et quod est aliud quidem per se ipsum est, aliud secundum
accidens, sic et causam contingit esse,
ut domus quidem per se ipsam causa est aedi-
ficativa, secundum accidens autem ut album aut
musicum. Per se quidem igitur causa finita est,
secundum accidens autem infinita; infinita enim uni accidunt.
Sicut igitur dictum est, causa in his quae
propter hoc fiunt, haec fiunt tunc dicimus a casu et
a fortuna. Ipsorum autem differentia horum
ad invicem posterius determinanda. Nunc
autem hoc sit manifestum quod utraque sunt in his
quae sunt propter hoc, ut causa accipiendi argen-
tum venit utique de latere recepturus,
si sciret; venit autem non propter hoc, sed accidit
venire et facere hoc recipiendi gratia. Hoc
autem neque sicut frequenter veniens ad
illud neque ex necessitate. Est autem finis
receptio non in ipso causarum, sed propositorum
ab intellectu, et dicitur a fortuna venire, sic autem
proponens et huiusmodi causa. Aut semper ve-
niens aut sicut frequenter recepturus,
non a fortuna. Manifestum itaque quod for-
tuna causa sit secundum accidens in his
quae secundum propositum eorum quae propter hoc
sunt. Unde circa idem et intellectus et fortuna
est; propositum enim non sine intellectu est.

Infinitas quid' g' causas nece e
a quibz utiq3 fiat q' e a fortuna
vn' vr' fortuna infiniti ee & i ma
nifesta hoi ee & e ut nich a fortu
na uidebr' utiq3 fi' oia quid' h' r'ce
dic' qm' rone habili. Est quid' .n.
no sit a fortuna p actus .n. fit &
e ea ut actus fortuna ut autem
simpl' nllius ut dom' edificator
quid' ca e sed acc'ns a' t'sibicem
et uesientem refendi argentum
no h' ca uesientem infinite sut
multitudine. Et .n. vr' aliq' nolens
et p'sequens et fugiens & uisu
rus et dic' ad extra rom' fortuna
recte e. a ro .n. e aut eorum que sp
sut aut eorum que sunt. Frequent
fortuna aut in hys que fiunt
p' hec q'e qm' infinite que s'c
cause sunt et fortuna infinita
e tn' & quibz da' deficiet utiq' a's
Suiquid g' contingencia ea utiq3
fiat fortune ut sanitatis aut
sp' aut estus h' no depilari sut
alie alus primiores que sut sm
actus quarum. Fortuna aut bo'
quid' dr' ut cu' bonu ad eueniet p'
ua aut cu' p'uu ad enfortunium
et disfortuniu e cu' magnitudinez
hucia sut h' .vn' & secus p'uum
malum cu' bonu accipe magnu
aut discontingere aut eucontingere
e qm' sic est dic' melius. Quod eu
ad p'uu tanq' nich de hec videtur.
Simp aut incertum enfortuniu
r'o e. Fortuna aut incerta e. Neq3
enim ut sp nz sic frequent possibile
e que sunt a fortuna nich. Sut
quid' g' ambe cause q'ad d'cm e
sm actus et fortuna et casus
i contingentibz h' nz simp' nz sicut
frequent et eorum que q3 utiq3 pp

aliquid fient. co.
Differt aut eum casus i ampli'
e. Q' d' .n. e a fortuna e & a casu
h' aut no ois a fortuna e. Fortuna
quid' e & q' a fortuna e quibz q3
eucontingere utiq3 in erit & oio
actus e vn' nece ee p'ticum ee
fortuna. Signu aut e q' vr' ide ee
felicitati aut pp'e. Felicitas .n.
praxis queda e. Eupraxia .n. est
Quare quibz q3 non contingit age
nz a fortuna ad fiunt & pp' h' nz i
aiatum nich nz infans nz bestia
nz fac' a fortuna. Q' m' no hnt
p'positu nz enfortuniu nz i fortuniu
m' e hys n' p' similitudinem sic dicat
p' chaucos enfortunatos ee lapi
des ex quibz sunt are cu' honorent
copulati aut hys conculcantur
pati aut a fortuna m' e quoda
m' et hys cu' agens ad ee h' agat
no fortuna ali' aut no. Sz casus
e in alus alibz & i aiatis ut equs
casu i qm' uenit qm' saluatus e quid'
ueniens p' saluatis aut causa ueit
& tripoda casu cecidit. Stat .n. quid'
ea sedendi h' no causa sedi cecidit
Quare m'ti e q' in hys que simpl'r
cecidisse pp' ad fiunt cu' no actuis
ea fiut quorum ex' e causa. Tunc
a casu d' a fortuna aut eorum que q3
a casu fiut p'positoru in hntibz p'po
situm. Signu aut e q' uanum
e qm' de cu' non fiat q' pp' aliud
illius ea ut ambulare deponis
ea e. Si uo non fiat ambulanti
frustra d' ambulasse ambulo ua
na e tanq' h' fit frustra q' aptum
natum e alterius causa cu' no iclu
dit illud cui' ca erat aptu natu
qm' si q's se balneatu dicat frust'
q' no defiat sol. derisio utiq3 erit

non enim erat huius gratia illud. Sic igitur quod automatum secundum nomen est quando ipsum frustra fiat. Cecidit enim non percuciendi causa lapis ab eo quod a automato cecidit lapis qui cadit utique aliquo et percuciendi causa. Maxime autem separatum est a fortuna in hiis que a natura fiunt. Cum enim fiat aliquid extra naturam tunc non a fortuna sed magis ab eo quod per se frustra est factum esse dicimus. Est autem et hoc alterum huius quidem in exterius est causa, illius vero interius. Quid igitur sit per se frustra et quid fortuna dictum est et quid ad invicem differunt. Secundum modos autem causarum in quibus est unum principium motus utrumque ipsorum est; aut enim eorum que sunt natura causa aliqua est aut eorum que sunt sub intellectu causa semper est, sed eorum multitudo indefiniata est. Quoniam autem sunt casus et fortuna cause quorum utique aut intellectus fiant causa aut natura cum secundum accidens causa aliqua fiat horum, nichil autem per accidens prius est hiis que sunt per se, manifestum est quod neque per accidens causa prius est ea que est per se. Posterius utique est casus et fortuna et intellectu et natura. Quare si quam maxime celi causa est casus necesse prius causam intellectum et naturam esse et aliorum multorum et huius omnis. Que autem sunt cause et quod tot sunt numero quot dicimus manifestum est. Tot enim secundum numerum propter quid comprehendit. Aut enim in quod quid est reducitur propter quid ultimum in immobilibus ut in mathematicis. In diffinitionem enim recti aut commensurati aut alterius cuiusdam reducitur ultimum. Aut in movens primum, ut propter quid bellaverunt quia furati sunt, aut alicuius gratia ut dominentur, aut in hiis que fiunt materia. Quoniam quidem igitur cause hee et tot sunt manifestum est. Quoniam autem

cause quatuor sunt de omnibus erit physici cognoscere et in omnes inducens propter quid reddet physice materiam, speciem, movens et quod est cuius causa. Veniunt autem tres in unam multociens. Quod quidem quid est et quod cuius causa una est. Quo vero unde motus principium specie eadem est hiis. Homo enim hominem generat. Et tenetur physicus considerare omnia quecumque mota movent. Quecumque autem non non amplius physice sunt; non enim in se ipsis habencia motus neque principia motus movent sed immobilia sunt. Unde tria negocia sunt; hoc quidem circa immobile, aliud vero circa mobile quidem incorruptibile, aliud autem circa corruptibilia. Quare propter quid in materiam reducenti redditur et in eo quod quid est et in primum movens. De generacione enim maxime hoc modo causas considerant. Causam considerant quid post quid fiat et quid primum fecit aut quid sustinuit et sic semper quod consequenter. Duplicia autem sunt principia moventia physice; quorum alterum non physicum est, non enim habet motus principium in se ipso. Huiusmodi autem est si aliquid movet quod non movetur sicut est quod est penitus immobile et causa omnium primum. Et quod quid est et forma; finis enim et cuius causa. Quare cum natura propter quid est, et hanc cognoscere oportet. Et penitus reddendum propter quid ut quod ex hoc necesse hoc; hoc autem aut simpliciter aut ut frequenter. Et si hoc debet sic esse, ex propositionibus conclusio et quoniam hoc erat quod quid erat esse et quod dignius est sic, non simpliciter sed ad uniuscuiusque substanciam.

Dicendum quidem igitur primum quoniam natura causarum que sunt propter quid, hoc causa est. Postea de necessitate quomodo se habeat in physicis. In hanc enim causam inducunt omnes quod quoniam calidum hoc aptum natum est et frigidum et unumquodque talium, hoc ex necessitate sunt et fiunt et nata sunt. Et namque si aliam

causam dicant quantumcumque tangentes gaude-
sinant. hoc quidem concordiam et dis-
cordiam ille vero intellectum. habet autem
oppositionem quid prohibeat naturam non propter
hoc facere neque quod melius sed sicut pluit
Iupiter non ut frumentum augeatur sed
ex necessitate. Sursum enim tractam aquam
congelari oportet et congelatam aquam deor-
sum venire, augeri autem cum hoc fiat accidit
frumentum. Similiter si perditur frumentum
in area non huius causa pluit ut perdatur
sed hoc accidit. Quare quid prohibet sic et
partes se habere in natura ut dentes ex
necessitate oriri anteriores quidem acutos
aptos ad dividendum maxillares latos autem
latos et utiles ad conterendum cibos quoniam
non propter hoc facti sunt sed simul evenire. Similiter autem
est et de aliis partibus in quibus videtur esse quod propter hoc.
Ubicumque enim omnia accidunt sic sicut si propter hoc
cipiunt finem et principium sicut si fuerit
quedam circulatio sit. Et tempus enim ip-
sum videtur circulus quidam esse. Hoc autem
iterum videtur ob hoc quod huius loci mutationis
mensura est et mensuratur ipsum ab huius-
modi. Quare dicere esse rerum que fiunt circulum dicere
est rerum que fiunt circulum dicere est temporis
esse quendam circulum. Hoc autem est quoniam men-
suratur circulatione. Extra enim mensuram mensu-
rato nihil videtur esse quod mensuratur, sed aut mensure
multa totum. Dicitur autem quod numerus idem
quidem idem est et ovium et canum si equalis
utrique sit. Decem autem non idem neque decem
eadem sunt. Sicut neque trianguli equilaterus et
equilaterus et gradatus et tamen eadem
figura est quoniam utrique trianguli sunt. Idem enim
dicitur a quo non differt differentia, sed non a quo differt,
ut triangulus a triangulo differt differentia,
alteri quidem enim trianguli sunt. A figura
autem non, sed in eadem divisione et una sunt enim.
Hec quidem talis circulus, alia vero hec triangu-
lus, huius autem alia quidem equilaterum, al-
tera vero hec quadratum figura. Quidem igitur
eadem et hec triangulus enim est, triangulus autem
non idem est. Et numerus iam similiter, non enim
differt numero differentia numerus horum decem, a-
non idem est in quibus enim dicitur differunt.
Hec quidem enim canes alia vero equi. Et de
tempore quidem ipso et de hiis que circa ipsum propriis
intentionem dictum est.

Mutatur autem transmutatur omne
quod mutatur hoc quidem secundum accidens, ut
cum dicimus musicum ambulare
quoniam accidit musicum esse
quod ambulat. Hoc autem in
aliquid in huius mutari et simpliciter
dicitur mutari, ut quecumque dicuntur secundum partes sa-
natur enim corpus quoniam oculus aut thorax,
hec autem partes totius corporis sunt. Est autem
aliquid quod neque secundum accidens movetur neque eo quod
aliquid ipsius, sed in eo quod ipsum movetur primum.
Et hoc est secundum ipsum mobile, secundum autem
alium motum et aliud alterationis, ut altera-
bile et alterationis sanabile et calefacti-
bile alterum. Est autem et in movente similiter,
aliud quidem enim secundum accidens movet, aliud enim
secundum partem et in eo quod huius aliquid, aliud

vero per se ipsum primum ut medicus quod sa-
nat. manus autem percutit. Quoniam
autem est aliquid movens primum, est
autem et aliud quod movetur, adhuc in quo
tempus est, et preter hec ex quo et in quod
omnis enim motus a quodam in quoddam.
Aliud enim est quod primum movetur et in quod et ex
quo ut lignum et calidum et frigidum. horum
autem aliud quod mobile est, aliud in
quod, aliud ex quo. motus autem manifestum quod in li-
gno, non in specie est. neque enim movet neque
movetur species aut locus aut quantum. sed
est movens et quod movetur et in quod movetur. magis
autem in quod quam ex quo movetur
denominatur mutatio. unde corruptio in non
esse mutatio est, quamvis ex esse mutatur
quod corrumpitur, et generatio in esse, quamvis ex non
esse. Quoniam quid igitur motus sic dictum est
prius. Species autem et loca et passiones
in que moventur mobilia sunt,
ut scientia et calor. et dubitabit aliquis si pas-
siones motus sunt. albedo autem et
passio est. Erit enim in motum mutatio.
Sed fortassis non est albedo motus sed
albatio. Est autem et in illis et quod secundum
accidens et quod est secundum partem et secundum aliud,
ut quod fit album et id quod intelligitur mutatur
secundum accidens. colori enim accidit intelligi. In co-
lore autem quia pars albi coloris est, et in eu-
ropam quia pars europe athene sunt. in
album autem colorem per se. Quoniam
quid igitur per se movetur et quomodo secundum accidens
et quomodo secundum aliud aliquid, et quomodo ipsum
primum in movente et in eo quod movetur, manifestum
est. Et quod motus non in specie, sed in eo quod
movetur et mobili secundum actum sit. Sed
que igitur secundum accidens mutatio dimittatur.
In omnibus enim est et semper et omnium. Que
vero non secundum accidens est, non est in omnibus
sed in contrariis et mediis et in contradictione. Huius
autem fides ex inductione est. Ex medio
autem mutat. utitur enim ipso sicut quod est

contrarium ad utrumque. Est autem quodammodo
medium ultima. unde et hec ad il-
la et illa ad hec quodammodo dicuntur contraria,
ut media vox gravis ad ultimam acu-
tus ad extremam, et fuscum albi
ad nigrum et nigrum ad album.
Quoniam autem omnis mutatio
est a quodam in quoddam, mani-
festat et utique hoc nomen. post aliud enim
quod et aliud quod prius, aliud autem
monstrat posterius. mutabit autem
quadrifarie mutans. aut enim ex eo
subiecto in subiectum, aut ex subiecto in subiectum, aut ex
subiecto in non subiectum. Dico autem subiectum ex affir-
matione monstratum. Quare necesse ex hiis
que dicta sunt tres esse mutationes, scilicet in
subiecto quae in subiectum, autem ex subiecto in non subiectum
et ex non subiecto in subiectum. Que vero enim est
ex non subiecto in non subiectum non est muta-
tio propter hoc quod non est secundum oppositionem. neque enim
contradictio neque contraria est. Ex non subiecto quidem
igitur in subiectum mutatio secundum contradictionem generatio
est, alia quidem simpliciter simplex, alia vero
quedam cuiusdam, ut ex non albo in al-
bum generatio quedam huius est. que vero ex non
esse simpliciter in substantiam est generatio simpliciter est,
secundum quam fieri et non fieri simpliciter dicimus. Que
vero ex subiecto in non subiectum corruptio est,
simpliciter quidem que ex substantia in non esse est.
Quedam autem est que est in oppositam ne-
gationem sicut dictum est in generatione. Si
igitur quod non est dicitur multipliciter et neque quod est secundum compositionem
et divisionem contingit moveri, neque quod est secundum
potentiam quod ei quod est simpliciter secundum actum
oppositum est. hoc quidem enim non album
aut non bonum tamen contingit moveri secundum ac-
cidens. Erit enim homo non albus. Quod
autem simpliciter non hoc aliquid est, hoc nullo modo. impossibile
enim quod non est moveri. Si autem hoc, et generationem
esse motum impossibile erit. fit enim quod non est,
et quod maxime secundum accidens fit, sed tamen verum
est dicere quod non est quod non est. de eo quod fit

simpliciter sit aut quiescere. Si igitur
accidit inconveniens. Et si omne quod
movetur in loco est, quod autem non est non est
in loco. Esse enim alicubi utique iam corruptum.
motus est contrarium quidem motui motus
aut quies, corruptio autem generationi contra-
rium est. Quoniam autem motus mutatio
quedam est, mutationes autem tres
sunt dicte. harum autem que sunt
secundum generationem et corruptionem non sunt
motus, hee autem sicut secundum contra-
dictionem, necesse est ex subiecto in subiectum mutationem
motum esse solum. subiecta autem contra-
ria aut media. et privatio enim ponitur contra-
rium et monstratur affirmatione nudum album
nigrum.

Si igitur predicamenta divisa sunt substantia et qua-
litate et ubi quando et ad aliquid et quan-
titate et facere et pati, necesse est tres esse
motus: quantitatis et qualitatis et se-
cundum locum. Secundum substantiam autem non est motus propter
nullum entium esse contrarium. neque utique est in ad
aliquid. Contingit enim altero mutante verum
esse alterum nichil mutans, quare secundum accidens
motus horum est. Neque enim agentis neque
patientis neque omnis quod movetur aut mo-
ventis, quoniam non est motus motus neque
generationis generatio neque omnino mutationis mu-
tatio. primum quidem enim contingit dupliciter
motus esse motum. aut sicut subiecti ut
homo movetur quoniam ex albo in nigrum mutatur,
sic et motus aut calescit aut frigescit
aut locum mutat aut augmentatur aut
diminuitur. Hoc autem impossibile. non enim subiectum
aliquid mutatio. aut in mutando alterum
aliquod subiectum ex mutatione in alteram speciem
ut homo ex egritudine in sanitatem.
Sed neque hoc possibile est nisi secundum accidens. hec enim
motus ex alia specie in aliam speciem
mutatio est. et generatio et corruptio similiter,
preter quod hee sunt in opposita sic, motus autem
non similiter. Simul igitur mutabitur ex sanitate
in egritudinem et ex ipsa hac mutatione
in aliam. Manifestum autem quod cum infirmetur
mutatus erit in quamlibet. Contingit enim
quiescere. Et amplius non contingentem semper,
et illa ex quodam in quoddam alterum est. quare
et opposita erit sanatio. sed secundum quod accidit,
et si ex recordatione in oblivionem mu-
tatur, quoniam cui inest illud mutatur aliquando in
scientiam aliquando vero in sanationem. Amplius autem
in infinitum vadit si erit mutationis
mutatio et generationis generatio. Si necesse est et
priorem si ultimam erit, ut si simpliciter
generatio fiebat aliquando et quod fit fiebat. Quare
nondum erat quod fit simpliciter, sed aliquid quod fit et
factum est iam et iterum fiebat. hoc aliquando qua-
re nondum erat tunc quod fit. Quoniam autem
infinitorum non est primum, non erit quod
primum. quare neque habitum. neque si igitur neque moveri
possibile est neque mutari nichil. Amplius eiusdem
motus contrarius est et adhuc quies et generatio
et corruptio. quare quod fiat cum fiat quod
fit tunc corrumpitur. non enim cum mox fit neque posterius
esse. non enim oportet quod corrumpi. Amplius oportet ma-
teriam subesse et quod fit et mutanti. que
igitur erit sicut alterabile aut corpus aut
anima, sic aliquid quod fit motus aut generatio. Et iterum
aliquid in quod movetur. oportet enim aliquid esse huius ex hoc in hoc mo-
tum non motum aut generationem. Simul
autem et quomodo erit. Non enim erit doctrina
que doctrine generatio. quare neque generationis
generatio. neque quedam. Amplius si tres species
sunt motus, horum aliquam necesse est esse
subiectam naturam et in quam, ut motum localiter muta-
tionem alterari aut ferri. Omnino autem cum movetur
omne quod movetur tripliciter, aut in eo quod est secundum ac-
cidens aut quod pars aliqua aut quod per se,
secundum accidens solum contingit mutare mu-
tationem, aut si quis sanus fit currat
aut discat. hanc autem secundum acci-
dens dimisimus olim.

Quoniam autem neque substantie neque ad aliquid neque
ipsius facere aut pati relinquitur

secundum quale aut quantum aut ubi motum esse
solum. In uno horum quorum est contrarietas.
Motus quidem igitur secundum quale alteratio
sit. hunc enim alludit communiter nomen. Dico autem
quale in substantia et namque differentia quale est
sed quod passivum aut secundum quod dicitur pati aut in-
passibile est. Qui vero secundum quantum secundum commune
quidem innominatus sed secundum utrumque aut au-
gmentum aut decrementum. Qui quidem est
in perfectam magnitudinem augmentum.
Qui vero ex hac decrementum. Qui autem
est secundum locum et secundum proprium et communiter inno-
minatus est. sit autem latio vocata communiter
et proprie dicantur ferri hec sola quecumque
non in se ipsis sit stare ipsis mutanti-
bus locum et quecumque non ipsa se ipsa mo-
vent secundum locum. Que autem est in eadem
specie mutatio in magis et minus alteratio est
aut enim ex contrario aut in contrarium motus
est aut simpliciter aut sic in minus quidem
est enim vadens in contrarium dicetur mutare
in magis autem tamquam ex contrario in ipsum.
Differt enim nichil secundum quid mutare aut
simpliciter nisi quod sic indigebit contraria esse ma-
gis autem et minus est in quo plus
aut minus contrarii inest et aut quod
non. Quod quidem igitur hii tres soli motus
sunt ex hiis manifestum est. Inmobile autem est
quod omnino impossibile est moveri sicut sonus in-
visibilis et quod in multo tempore vix movetur aut
quod tarde incipit quod dicitur grave mobile
et quod aptum natum est moveri et possibile non
movetur autem tunc quando et ubi natum est et ut
et sic quod quidem quiescere voco immobi-
lium solum. contrarium enim quies motui est
quare privatio erit susceptivi. Quid quidem
igitur est motus et quid quies et quot
mutationes et quales motus manifestum ex hiis.

Post hec autem dicamus quid est simul
et extra et quid est tangere
et quid est medium et quid consequenter et quid ha-
bitum et quid continuum in quibus unumquodque horum
esse aptum natum sit. Simul igitur quidem
dico hec esse secundum locum quecumque in uno loco
sunt primo. separatim autem quecumque sunt in
altero. tangere autem quorum ultima simul.
Medium vero in quod aptum natum est
prius pervenire quod mutatur quam in quod
ultimum mutatur secundum naturam continue mutans.
In minimis autem est medium tribus ultimum
quidem enim mutationis contrarium est. Continue
autem movetur quod nichil aut paucissimum
deficit rei non temporis et statim autem
post hypaten id est primam sonare ultimam
sed rei in qua movetur. hoc autem et in hiis
que sunt secundum locum et in aliis
mutationibus manifestum est. Contrarium autem
secundum locum est quod secundum rectitudinem distans
plurimum. minima enim finita. mensura autem
finita est. Consequenter autem quod cum post principium
solum sit aut positione aut specie aut
aliquo sit determinatum nullum medium
est eorum que sunt in eodem genere
et cuius consequenter est. Dico autem ut linea
linee secundum quod sunt linee aut unitatis
unitas secundum quod sunt unitates aut
domus domui. Aliquid autem nichil
prohibet esse medium. consequens enim alicuius consequens
ac posterius aliquid est. non enim unum consequens est
duobus neque nova luna secunde consequens sed hec
illi. Habitum autem est quod consequens est cum
tangat. Quoniam autem omnis mutatio in
oppositis est opposita autem contraria et que
secundum contradictionem sunt. contradictionis autem
nichil medium manifestum est quod in contrariis
erit medium. Continuum autem quid habitum
aliquid. Dico autem esse continuum quando idem
fiat et unum utriusque terminus quibus tangunt
et sic significat nomen continetur. Hoc autem
esse non possibile cum duo sint ultima. Hac
determinatione manifestum est quod in hiis quibus est continuum
ex quibus unum aliquid aptum natum
est fieri secundum contactum et sicut aliquando fit continens
unum sic et totum unum erit ut quod colla

aut tactu aut adnascentia manserit
aut quod et primum consequens est contactu; quod
enim est necesse consequens esse. Consequens autem non esse
tangere unum et in prioribus ratione consequens,
ut numeris tactus quod non est. Et si
quid continuum est, sic non enim necesse est
unum esse ipsorum ultima. Si simul sunt,
sed si unum sunt, necesse est et simul
esse. Natura ultimum est secundum generationem
necesse est enim tangere si adnata erunt
ultima continua. Omnia adnata sunt.
In quibus autem non tactus, manifestum est quod
non est in hiis adnatus hic. Quare si est unitas
et punctum qualia dicunt separata, non
possibile est esse unitatem et punctum idem.
Hiis quidem inest tangere, unitatibus
autem consequenter; et horum quidem contingit
esse medium; omnis autem linea medium
punctorum est, harum autem non est necesse
nichil enim medium est dualitatis et unita
tis. Quid quidem igitur est simul et extra
et quid tangere et quid medium et quid
consequenter et quid habitum et continuum et in
qualibus utrumque quod eorum inest dictum est.

Unus autem motus dicitur multipliciter; unum
quidem enim multipliciter dicimus. Genere quidem unum est
secundum figuras predicamenti; loci mutatio quidem
enim omni loci mutationi genere una est,
alteratio autem alterationi altera genere
est. Specie autem unus est cum genere unus et in
individua specie sit, ut coloris quidem sunt
differentie; iam igitur aliud specie denigratio et
dealbatio; omnis autem dealbatio omni
dealbationi idem secundum speciem erit et omnis
denigratio denigrationi. Albedinis autem
non amplius unum specie una dealbatio deal
bationi omni. Si autem sunt quedam que
et genera simul et species sunt, manifestum est quod
ut specie unus erit, simpliciter autem unus
specie non, ut doctrinatio, sed scientia que
dam est species existimationis, genus autem
scientiarum aliarum. Dubitabit autem aliquis si
unus specie motus sit cum ex eodem in idem
mutatur ut unum punctum ex hoc loco
in hunc locum iterum et iterum. Si autem hoc est,
erit circulatio rectitudini idem et volutatio
ambulationi. Aut determinatum est in eo in quo est
si alterum est specie, quia alter motus est; circula
re autem a recto altera specie est. Genere quidem
igitur et specie motus unus sic est. Simpliciter autem
unus motus qui substantia quidem unus et numero
est. Quis autem huiusmodi est manifestum est dividentibus.
Tria enim sunt secundum numerum circa que dicimus motum
unum, quod et in quo et quando. Dico autem quod quod
quoniam necesse est aliquid esse quod movetur ut hominem aut
aurum, et in aliquo hoc moveri ut in loco
aut in passione, et quando in tempore enim omne mo
vetur. Genere quidem aut specie esse unum est in re
in qua movetur, habitum autem erit in tempore.
Simpliciter autem unum in omnibus hiis est, in re enim
in quo est unum oportet esse et individuum, ut speciem,
et ipsum quando unum tempus et non deficiens;
et quod movetur unum esse non secundum accidens ut album
nigrum fieri et Coriscum ambulare; unum autem
est Coriscum et album, sed secundum accidens, neque
commune esse; enim simul duo homines sanati sunt
secundum eandem sanitatem, ut obtalmie,
sed non unus hic est, sed specie unus est. Socratem
autem secundum alterationem eandem alterari specie in
alio autem tempore et iterum in alio, si quidem con
tingit corruptum iterum unum fieri numero erit
et hic unus; si autem non, idem quidem unus
autem non. Habet autem dubitationem huic
similem et utrum una sanitas et omnino habitus
et passiones et esse sic in corporibus; manifeste
namque videntur habentia et fluentia. Si igitur
et eadem et una que diluculo et nunc sanitas
quare non. Et cum deficiens accipiat
iterum de sanitate et hec illa una numero
erit. Eadem enim ratio est, nisi quod in tantum
differt quare si quidem duo idem sunt sic
numero. Si non habitus unus est, fortassis non
aliter videbitur unus et actus esse. Unus autem
parvus ambulans non amplius est, hoc abeunte

idem aut ambulante erit si quidem unus et id est contingit unum et id corpori et esse unum totiens. hec quidem igitur sint divisa extra que nunc est intentionem. Continuum continuus est omnis motus simpliciter qui unum necesse est et continuum esse si quidem omnis divisibilis est et si continuus unus. non enim omnis fiet continuus omni sed neque alii utilis contingenti contingens sed quorum unum sunt extrema ultima aut aliorum non sunt quidem aliorum aut sunt sed specie diversa et equivoca sunt quo namque tanget aut unum fiet ultimum linee et ambulationis. habita quidem ergo sunt et que neque idem specie neque idem genere sunt. Currens enim aliquis statim febricitans et ut lampas ex diffusione loci mutatio est habita continua aut non potest enim continuum quorum ultima unum sit. quare habita et consequenter sunt quo tempus continuum est continuum aut est quo motus. hoc aut est cum unum ultimum fiat ambobus. unde necesse est eundem secundum speciem esse unius et in uno tempore simpliciter continuum motum et unum tempore quidem ut non mobilitas media sit. Inde ficienti enim quiescere necesse est. multi quidem et non unus motus est quorum quies in medio est quare si aliquis motus statu occupatur neque unus est neque continuus intercipitur autem si in medio tempus est. eius aut specie non unitur non et si non deficiat tempus tempus quidem enim unum est specie aut ad unum quidem enim necesse est et specie unum esse hunc aut simpliciter unum esse non est necesse. Quo quidem igitur motus unus quidem simpliciter unus dictum est. Amplius aut dicitur unus et perfectus sicut secundum genus sit et secundum speciem sit et dictum sit sic et in aliis perfectum et totum unum est. Est autem aliquando et si imperfectus sit unus dicitur si solum sit continuus. Amplius aliter preter predictos dicitur motus unus regularis enim ut non irregularis unus sed magis regularis sicut rectus irregularis enim divisibilis est. videtur autem differre sicut magis et minus est aut in omni motu quod regularis est aut non. et namque alterabit regulariter et ferri in regulari ut circulo aut recto titudine et circa augmentum similiter et decrementum. Differentia autem dicta est aliquando quidem in quo movetur. impossibile enim est irregularem esse motum non in regulari magnitudine ut reflexi motus aut obliqui aut in magnitudine cuius non contingit contingens in contingentem partem. aliquando autem neque in ubi neque in quando neque in quo sed in eo quod ut velocitate enim et tarditate aliquando determinatur. Cuius quidem enim velocitas est eadem regularis est cuius autem non irregularis unde neque species motus neque differentie sunt velocitas et tarditas quoniam omnes sequuntur differentes secundum speciem quare neque gravitas et levitas que in idem ut terre ad ipsam aut ignis ad ipsum unus quidem igitur irregularis est quod est continuus. minus autem quod quidem reflexio motum accidit. Ex autem minus commixtio semper contrarii si autem omnem unum contingit et iterum esse unus non erunt quod non secundum speciem habiti ipsi unus et continuus quo enim erit regularis exaltatione compositus et loci mutatione enim indiget continue.

Amplius autem determinandum contrarius est motus contrarius motui et de mansione eodem modo sed primo determinandum est utrum contrarius motus sit qui est ex eodem ei qui est in idem ut qui est ex sanitate ei qui est in sanitatem ut generatio et corruptio videtur aut qui est ex contrariis ut qui est in sanitatem ei qui est in egritudinem aut qui est ex contrario ei qui est in contrarium ut qui est ex sanitate in egritudinem ei qui est ex egritudine in sanitatem

Slacie enim aut unum quoddam corpus esse moderium aut plures. Non enim est alicui contrario. Est autem quicumque ex contrario ei qui est in contrarium non est contrarius ut qui est ex sanitate ei qui est in egritudine. Idem enim et unus est. Esse quidem igitur non idem est ipsis sicut non idem est ex sanitate mutare in egritudinem. Neque qui est ex contrario ei qui est ex contrario simul quidem enim accidit mutare ex contrario et in contrarium aut in medium. Sed de hoc quidem posterius dicemus. Sed magis in contrarium mutare videbitur enim causa esse contrarietatis quam ex contrario. Hec quidem enim mutatio contrarietatis quam ex contrario. Hec quidem ei mutatio contrarietatis ille vero acceptio. Et dicitur autem unusquisque in quod mutat magis quam ex quo ut sanatio in sanitatem egrotatio autem in egritudinem. Relinquitur igitur qui est in contraria et qui est in contraria ex contrariis esse. Sed esse forsitan non idem. Dico autem quod in sanitatem ei quod ex egritudine et quod in sanitate ei quod in egritudinem. Omnino autem dicitur mutatio a motu ex quodam enim aliquo in quoddam secundum mutatio est motus qui ex contrario in contrarium ei qui ex contrario in contrarium motus contrarius est ut qui ex sanitate in egritudinem ei qui est ex egritudine in sanitatem. Manifestum autem est ex inductione quia videntur contraria esse egrotari enim ipsi sanari et ipsi addiscere decipi non per ipsum. In contraria enim sicut enim in scientia est sic et in deceptione in per ipsum habere et per alium. Et sursum motus ei qui deorsum contraria enim hec sunt in longitudine et qui est ad dextram ei qui est ad sinistram contraria enim hec sunt in latitudine et qui est ante ei qui est in retro contraria enim hec sunt secundum altitudinem. Omnino autem quod est in contrarium solum non est motus sed mutatio ut fit album non ex quodam est. Et quidam autem non contrarium qui est ex ipso enim est in ipsum mutatio contraria est unde generatio corruptioni contraria est et remotio acceptioni. Hee autem mutationes quidem motus autem non sunt. Eorum autem in medium motus sunt quibuscumque contrariorum est medium tamquam in contraria quodammodo ponendum sunt. Sicut contrario utitur medio motus in utraque utrique motus. Mutatur autem ut ex fusco quidem in album tamquam ex albo et ex nigro in fuscum tamquam in nigrum ex nigro autem fuscum tamquam ex albo in fuscum. Medium autem ad utrumque dicitur quodammodo utrumque ultimorum. Sic determinatum est quod motus quidem igitur motui contrarius est sic quod est ex contrario in contrarium ei qui est ex contrario in contrarium.

Quoniam autem motui non solum videtur motus esse contrarium sed quies hoc determinandum simpliciter quidem enim contrarius est motus motui. Opponitur autem et quies. Privatio enim est. Est autem sicut quod privatio contraria dicitur. Qualis autem qualis ei quod est secundum locum que est secundum locum sed hoc nunc dicitur simpliciter. Utrum enim ei qui est nunc mansioni qui est ex hoc aut qui est in hoc motus opponitur. Manifestum igitur est quod quoniam in duobus motus subiectis est huic qui est ex hoc in contrarium que est in hoc quies. Huic autem qui est ex contrario in hoc que in contrario quies. Simul autem et ad invicem contrarie hee sunt et namque inconveniens est si motus quidem contrarii sunt. Quietes autem opposite non sunt. Sunt autem in oppositis hee ut que est in egritudine quies ei que est in sanitate motui autem ei qui est ex sanitate in egritudine. Enim quod est ex egritudine in sanitatem irrationale qui est in ipso motu est in quo stetit quietatio magis est secundum quod accidit simul

fieri motum. Stetit autem est aut hanc aut
illam esse. Ston. n. que est in albedine quies
contraria est ei qui est in sanitate.
Omnibus autem non horum mutatio quod est
est oppositus que est ex ipso ei que est in ipsum.
motus autem non est ut que est ex
ei que in esse. Quies quod horum non est
inmutatio autem est. Et si quid ad esse
terminum que in esse non mutatio ei que est
in non esse contraria erit si vero non est ad
quod non est. Dubitabit aliquis an sit contraria
que est in esse non mutatio et quies est.
Si autem hoc aut in non omnis quies motui
contraria est aut generatio aut corruptio
motus manifestum quod quies non dicenda
est si non et hoc esse motus. Similiter autem ad
est et inmutatio. Contraria autem est aut nulli
aut ei que est in non esse aut corruptioni
haec n. ex ipsa generatio autem in ipsam.

Dubitabit autem aliquis quare inmutatione
quidem secundum locum sunt et secundum
et extra naturam aliquis et quies et motus in aliis
autem non ut alteratio. Hoc quidem secundum naturam
illa vero extra naturam. Sicut enim nichil magis sanatio
aut egrotatio secundum naturam aut
extra naturam neque dealbatio neque denigratio. Similiter
autem est et in augmento et decremento
neque ad invicem hec contraria ut secundum naturam hec
autem extra naturam neque augmentum augmento
et in generatione autem et corruptione
eadem ratio est. Neque generatio quidem secundum naturam
corruptio autem extra naturam. Se
nescere enim secundum naturam est neque
generationem videmus aliam quidem secundum
naturam aliam vero extra naturam aut si est quod
violentum fit extra naturam tunc et corruptio
erit corruptioni contraria que violenta ut quod
extra naturam ei que secundum naturam. Ergo et vero et
generationes quedam sunt violente et
non fatate quibus contrarie sunt que sunt
secundum naturam et augmenta sunt violenta
et decrementa ut augmenta que ve

locitate propter alimentum pubescentium sunt et
tritica et ad aucta et non condensata
in alteratione autem qualiter aut similiter.
Erunt enim alie quidem alie viole
ter alie vero naturales ut dimissi
non in creticis diebus. Alii quidem in creticis
alii quidem extra naturam alterantur. Alii
vero secundum naturam. Erunt ergo corruptiones
ad invicem non generationum et contrariis habitibus
est enim sic et namque si hoc quidem delectabilis
alia vero tristis est. Quare non simpliciter
corruptioni corruptio contraria est sed si hec
quidem hoc aliqualiter alia vero hoc aliqualiter est. Omnis
quidem ergo contrarii motus et quietes ad
illa sicut ut qui est sursum ei qui est
deorsum loci n. contrarietates hee sunt.
Fertur autem sursum quidem est motu
flamma ignis deorsum vero non terra et contrarie
ipsorum loci mutationes sunt ignis
autem sursum quidem natura deorsum autem
extra naturam et contrarius est qui secundum naturam
ipsius ei qui est extra naturam et quietes
autem similiter que namque est sursum quies
qui est que desuper deorsum motui contraria est. Fit autem terre illa autem quies extra
que motui quies contraria que est extra
naturam ipsorum corporum que sursum eiusdem contraria
sic est alia quidem et hec motus hec secundum naturam
ipsorum corporum que sursum aut deorsum
alia autem extra naturam. Habet autem
dubitationem si est omnis quietis que non
semper generatio et hoc stare manifestum quod extra
naturam ex esse sursum erit generatio
cum ergo feratur sursum violencia ste
tit. Sicut quod semper stat velocius ferri videtur. Que
autem violentum est contrarium et non sunt esse ergo
quiescens. Amplius ut stare aut omnino
esse in ipsius locum ferri aut accidere
simul. Habet autem dubitationem si contraria est
quies que est hic qui hinc est mo
tui. Cum n. moveatur ex hoc aut relin
quatur ad hoc in hoc ergo abiectum est contra

si h' quies contraria est ei qui in hunc in
contrarium motum simul erunt contraria aut
sic quiesce secundum quod ad hunc manet
omnino aut eius quod movetur aliud quidem in
aliud aut est in quo mutatur unum et
magis motus motum contrarius quam
quies. Dubitabit autem utique quis
et de stare sed et quinque preter naturam
motus hunc enim est quies opposita si
quidem igitur non erit in contrarius manet
cum violentia quare quiescens aliquis
non semper sit sed palam quod erit sicut
cum movetur preter naturam et quiescet
utique aliquis preter naturam et de motu quidem et
quiete quomodo unum sunt et que contrarie
quibusdam dictum est. Quoniam autem quibusdam
motus secundum naturam et preter naturam putaverunt
genus qui sursum secundum naturam qui autem
deorsum preter naturam utrum autem hic contrarius est
qui terre enim fertur secundum naturam deorsum autem
palam quod ambo sed non eodem sed quemadmodum h'
naturam contrarius eius autem qui ipsius est sur-
sum ignis eius qui deorsum ut secundum
naturam contrarius preter naturam contrarius similiter autem in et
mansionibus forte autem quieti et motus
aliquatenus opponitur. Cum enim moveatur
ex h' et abiciat et ad h' videtur habere quod abi-
ciatur contrarie si ipsa quies contraria ei qui
hunc istum motum sic existit contraria si ali-
quatenus quiesce aut ad hunc manet
totaliter autem eius quod movetur h' quidem in h' a
in quod mutatur propter quod et magis motus motum
contrarius quo manet quies quis quidem
motus simpliciter unus dictum est et de motu
quidem et quiete quomodo unumquodque unius.

Si autem
est continuum
et quod tangitur et consequenter si-
cut diffinitum est prius. Con-
tinua quidem quorum ultima
unum que non non contingunt quorum
ultima simul. Consequenter autem quorum nichil
est medium proximi generis ipsorum, impossibile ex indivisibilibus
esse aliquid continuum ut lineam esse ex punctis
si ut linea quidem continuum est punctum
autem est indivisibile neque enim unum sunt ultima
indivisibilia aliqua pars indivisibilis neque simul sunt ultima
non enim est ultimum nichil impartibilis aliud enim
est ultimum et cuius est ultimum. Amplius
necesse est aut continua esse puncta aut
tangentia se adinvicem ex quibus est
continuum eadem autem ratio est et in omnibus
indivisibilibus continua quidem non erunt propter predic-
tam rationem. Tangit autem omne aut totum
totum aut pars partem aut totum partis
est in autem impartibile est indivisibile necesse est totum
tangere totum. Totum autem totum tan-
gens non est continuum. Continuum quidem habet
h' quidem aliam, illud vero aliam partem et divi-
nisie divisibilia et loco discreta. At vero
neque consequenter erit punctum puncto aut ipsum
nunc ipsi nunc ut ex hiis sit longitudo
aut tempus consequentia nichil enim est quorum
nullum est medium proximi punctorum aut
semper est medium linea et ipsorum nunc tempus.
Amplius dividetur in indivisibilia si quidem ex
quibus est utrumque in ipsa dividetur sed nullum
est continuorum in impartibilia divisibile
aliud autem genus non potest esse medium punctorum
et ipsorum nunc ullum simulque erit.
Manifestum quod autem est divisibile aut indivisibile erit et
si divisibile aut indivisibilia aut in semper divisibilia
h' autem est continuum divisibile in semper divisibilia maius
autem est quod omne continuum si enim indivisibilia
dividetur continuum erit indivisibile
indivisibili tactum unum enim et ultimum et tan-
guntur continuorum eiusdem autem rationis est
et magnitudinem et tempus et motum ex
indivisibilibus componi et dividi in indivisibilia
aut nichil. Manifestum est autem ex hiis si enim
magnitudo ex indivisibilibus componitur et motus
quibus ex equalibus erit motibus indivisibilibus
ut si ipsa a. b. c. ex a. b. c. est indivisibilibus
mobile in quo movetur aut in quo d. e. z.

sed quem motum ipsum .o. in spacio quod est .a.b.
.c. unamquamque partem habet mobile. Si ergo pre-
sentis motus necesse moveri aliquam partem
et si motus est ad esse motum et movere erit
ex indivisibilibus. sit enim quod ergo a motum est
ipsum .o. motu quo .d. movetur secundum .b. quo
ipsum .e. et secundum .c. quo ipsum .z. si ergo necesse est
quod movetur unum non non necesse simul moveri et
motum esse quo movetur quando movetur ut si
thebas et unum esse thebas. sit enim .a. quod
impartibile sit quod ipsum .d. ipsum .o. motum
est motus ad erat. quare si quod prius
venerit quam venit dividitur utique erit aliud .a.
enim veniret in quiescebat in transiebat
sed medium erat. si autem simul venit et ve-
nit veniens cum venit veniens ibi erit et
motum esse per ipsum motus. si vero secundum motum .a.b.c.
moveatur aliquid et motus quo movetur .d.e.
.z.e. sit autem impartibile .a. medium motus est motum
est. utique motus non ex motibus sed ex
motibus. Et motum esse aliquid non motum per
.a. in transiit non transiens. quare erit aliquid
transitum esse non aliquid iens. hanc enim
transiit non transiens hanc. Si ergo necesse
est aut quiescere aut moveri quod quiescit
aut per unumquodque eorum que sunt .a.b.c.
ergo est aliquid continue quiescens simul et quod
movetur. per totum erat .a.b.c. movebatur et
quiescebat secundum quamlibet partem. quare et per
omnem. et si quod indivisibilia que sunt .d.e.
.z. motus sunt motum presente contingit
utique non moveri sed quiescere. si autem non
sunt motus motum non ex motibus
esse. Similiter autem necesse longitudini et motui
indivisibile esse tempore et componi ex ipsis nunc
entibus indivisibilibus. Si enim omnis divisibilis
est in minore autem equali velox transibit
minorem divisibile erit et tempus. si autem tempus divisibile
erit in quo fertur aliquid per ipsum .a. et per quod
est ipsum .a. erit divisibile. Quoniam autem
omnis magnitudo in magnitudines est
divisibilis ostensum est enim quod impossibile est ex atho-
mis continuum esse aliquam magnitudinem. ex
omnis continua necesse est velocius in equali
tempore maius et in minori plus moveri
sicut diffiniunt quidam ipsum velocius.
Sit enim in quo ipsum .a. eo quod in quo .b.
velocius quod mutatur in quo tempore ipsum .a.
mutatum est ab ipso .c. ipsum .d. sicut in tempore
.z. et .h. ipsum .b. non erit ipsum .d. sed defi-
ciet quare in equali tempore plus abibit
velocius. At vero et in minori plus in quo
enim ipsum .a. factum est iuxta ipsum .d. ipsum .b.
erit iuxta .e. cum tardius est. ergo quoniam ipsum
.a. ad ipsum .d. factum est in omni in quo
est .z.i. tempore ad ipsum .t. erit in minori hoc
et erit .z.k. ipsum quidem .e.t. quod transiit ip-
sum .a. maius est ipso .c.e. tempus autem
quod est .z.k. minus est omni eo .z.i. quare in mi-
nori abibit maius. Manifestum autem
ex hiis quod velocius in minori tempore abibit
equale. quoniam quidem enim maiorem in minori
transit tardiori. ipsum autem secundum se ipsum
acceptum in pluri tempore maiorem minori ut
que est .l.m. ea que est .l.x. plus utique erit
tempus quod est .r. in quo ipsum .a. transit
.l.m. quam quod est .p.r. in quo transit ipsum .l.x.
quare si quod est .p.s. tempus minus est .t.i. quo
est .h.m. in quo est motus tardius transit ip-
sum .l.m. in quo est ipsum .h. et quod est .p.s. tempus
minus est in quo est .h. ipso .n.p.r. minus est
minore quare in minori autem minus in ipsum in-
minus est quare in minori movebitur equale.
Amplius et si omne necesse quod aut in equali
aut in minori aut in pluri moveri et quod quidem
in pluri tardius est quod autem in equali eque
velox. velocius autem non est equaliter velox
neque tardius in neutro utique in pluri aut equali movetur
ipsum velocius. Relinquitur ergo in minori. quare
necesse et equalem magnitudinem in mi-
nori tempore transire velocius. Quoniam autem
omnis motus in tempore est et in omni tempore
possibile est moveri. omne autem quod movetur contingit
et velocius moveri et tardius et in omni autem

tpe velo' et tardius mou'. H aut
cu sint necē est tempus ɔtinuū ē
Dico aut ɔtinuū diuī'le i sp diuiā'li.
eni suppo ɔtinuo necē est tempus
ɔtinuum ē. qm n. ostensum est q
velo' i minori tempe tnsib' equale
sic q quid in quo ē a. velo' q aut
ē i q ē b. tardius et sit motū tar
dius que ē c d. p magnitudinem
i quo ē z i. tempe m̄ g' est q velo' i
minori q ħ mouebi' p eād magni
tudinē et sit motū a. i quo ē z c. ipm
aut qm velo' in eo q ē c z. c. tnsire
totam que est c d. ipm tardius i eo
d tempe minorē transit. Sic g' i qua
c k. qm aut tardius q ē ipm b. i
c q ē z c. tēpe ipam que ē g k. trā
siuit velo' i minori tnsib'. q̄re ipm
didi q ē z c. tpe h aut diuiso t c k.
magnitudo diuidet' sm eād rōm. si
v' magnitudo et tempus et h semp
erit accipientib; a velociori tardius
et a tardiori velo' et eo q demrātū ē
utentib; diuidet. n. q ē velo' tempus
tardius a' longitudinē non si g' sp
?m est ɔuti. ɔuiso aut sp fit diuo m̄
qm omne tempus ɔtinuū est. S' aut
maīm et q magnitudo ois ɔtinua
ē z p easd. n. et equales diuiones tps
q et magnitudo diuidi. Amp aut et
ex ɔsuetis rōib; d m̄ ē ut si tempus
quid ɔtinuū est q z magnitudo si
quid i me° tempe mediū tn̄ fit z sīr
i minori mīt. Eād namq; diuiones
tēpis magnitudis sūt. z si q ɔz infi
nitum ē et alterū et sic alterū z alterum
ē ut si quid ultim' infinitū ē temp'
z longitudo ultimo si uo diuione diuio
ne z longitudo. si aut i utisq; temp'
z utisq; z longitudo. Vñ z zenonis rō
fl'm opinatur q ē nō pole infinita
ptransire aut tangere infinita sm
vnūq; infinito tempe. dupli' n. dic
longitudo z tempus infinitū z ois
diuo ēē ɔtinuū. aut sm diuom aut
ultimis infinitis. Q̄ g' sm q̄titā
tem nō ɔtingit se se tangē i finito
tempe eis aut que sic sm diuom
ɔtingit et namq; ipm tempe sicut
infinitū ē q̄re z infinito tempe z nō
finito accit transire infinitū z tāge
infinita in ipis infinitis. nec iam ifi
nitum pot' infinito tēpe ptransire nec
i infinito finitū. ħ si quid tempus i
finitū sit magnitudo infinita erit
Sic q magnitudo z tps. Sit n. magni
tudo infinita i qua ē a b. tempus a'
infinitū in quo ē g. accipiat' tpe aud
finitū i quo g d. i h g' tnsib' aud ma
gnitudis et sit id q tnsitū ē in quo ē
b e. h ē aut mensurab' in quo ē a b. aut
deficiet aut excellet. Vñ n. intē si
n. sp equali' que ē i b e. magnitudi
nem i equali tpe tnsib' h a' mensurat
totū finitū. finit' ex omne tpe i q tnsib'
i equalia eni diuidet' sic z magnitudo
Amp aut si nō omnem magnitudinē
i infinito tpe tnsit ħ ɔtingit aliquā
i infinito tpe tnsire ut q ē b c. h aut
mensurab' totam z equale i equali trā
sib' quare z finitū erit tps. Q̄ a' nō
infinito tpe transit q ē c d. m̄ ē q ac
cipiatur in alta finitū tpe si enī in
minori ptem tnsit hanc necē ē finitā
ēē altitudinē [illegible] Eād aut demrō ē
et si magnitudo q infinita sit tēp'
aut finitum. Maīm g' ex dcis ē q nec
linea nec planū nec oio nullum ɔtinu
orum erit athomus nō solum pp id
q nc dcm est ħ z q accit diuidi atho
mū. qm n. i ol tempe velo' z tardi'
velo' aut plus tnsit in equali tempe
contingit a' et duplicem z emiolia
tnsire z longitudinē. Sit n. h ratō

uelocius adueniat ergo uelocius secundum eunoli-
um et dicantur magnitudines que
quidem uelocioris sunt a.b.c.d. in tres
athomos que non sunt tardiores in
duos in quibus sunt z.e.i. itaque et
tempus dicetur in tria athoma equalem enim
in equali tempore transibit dicatur igitur
tempus in ea que sunt k.l.m.n. Iterum
autem quoniam tardius deductum est
per e.z.i. et tempus secabitur in gemina diuidetur
ergo athomum et impartibile non in athomo
non transit. Sed ipsum maius ergo est quod
nichil continuorum est impartibile

Necesse autem et ipsum nunc quod non secundum alterum
sed per se et primum dictum indiuisibile et in omni
tempore huiusmodi esse est enim ultimum eius quod est
factum cuius supra hoc nichil futurum est et iterum est
sed hoc nichil est illius quod factum est quod utique di-
ximus utrumque esse finem. hoc autem si demonstret-
ur quoniam huiusmodi hoc est per se et ipsum simul sic erit
quod indiuisibile est. necesse est ergo idem esse ipsum nunc
quod ultimum utrorumque temporum est. Si enim alte-
rum est continue non erit alterum alterius propter id quod
non est continuum ex impartibilibus si autem seor-
sum est utrumque inerit temporis omne enim
continuum huiusmodi est quare erit intermedium nunc
torum ut uero si tempus medium est diuisibile erit
omne enim tempus diuisum est quare diuisibile sit. quare et
diuisibile est ipsum nunc. Si autem diuisibile est ipsum nunc
erit aliquid quod factum est in futuro et futurum
in eo quod factum secundum quod enim diuidetur hoc deter-
minat preteritum et futurum tempus
Similiter autem et non per se erit hoc nunc sed secundum alterum
diuisio enim non secundum ipsum est. Adhuc quod ex ipsius
nunc hoc quidem factum erit illud autem futurum non
per se idem factum est et futurum neque utique ipsum
nunc idem est simul in multiplicibus enim diuisibile est tempus
quare si hoc impossibile est necesse ipsum nunc necesse est
idem esse ei quod in utrorumque nunc est. At uero
si idem est manifestum quod et indiuisibile sit. si enim tan-
gibile est idem contingeret eadem que in prius
dictis quod quidem ergo sit aliquid in tempore indiuisibile quod dicimus esse
ipsum nunc manifestum est ex hiis que dicta
sunt. Quod autem nichil in ipso nunc mouetur
ex hiis manifestum est. Si namque est contingit
et uelocius moueri in ipso nunc et tardius.
Sit ergo ipsum nunc in quo n. mouetur autem
uelocius in ipso per a.b. ergo mouetur tardius in ipso
per minorem quam sit a.b. motus per a.t. per a.
g. Quoniam autem tardius in toto ipso
nunc mouebatur per a.g. uelocius in minori
quam hoc mouebitur quare diuidetur ipsum
nunc sed erat indiuisibile. Non ergo est moueri
in ipso nunc. At uero neque quiescere dice-
re. dicimus aptum natum moueri quod non mouetur quod
aptum natum est et quo in et sic quare quoniam
in ipso nunc nichil aptum natum est et quo
manifestum quod neque quiescere. Amplius si idem
quidem nunc in utrisque partibus temporibus est contingit
hoc quidem moueri in toto autem quiescere per to-
tum quod autem mouetur in tempore toto in quolibet mo-
uebitur huius secundum quod aptum natum est moueri
et quiescens similiter quiescit contingit idem
simul quiescere et moueri idem enim ultimum
temporum utrorumque ipsum nunc. Amplius autem
quiescere quidem dicimus quod similiter se habet et ipsum
et partes in nunc et prius in ipso autem nunc et
non est prius et quare neque quiescere. Necesse ergo est
et moueri quod mouetur in tempore et quiescere qui-
escens. Quod mutatur autem esse necesse est
diuisibile. Quoniam enim ex quodam in quoddam omnis
mutatio est non amplius mutatur. Cum autem
est in eo ex quo mutatum est et ipsum et
partes omnis non mutatur. Eodem enim similiter se
habet et ipsum et partes omnis nunc mutatur
necesse ergo hoc quidem aliud in hoc esse aliud in alio
mutantis. Non enim in utrisque neque in neutro
possibile est esse dico autem in quo mutatur primum secundum
mutationem ut ex albo in fuscum non in
nigrum. non enim necesse est quod mutatur in
quoque esse ultimorum manifestum ergo est quod omne
quod mutatur erit diuisibile

Motus autem est diuisibilis dupliciter uno quidem
modo tempore. alio uero secundum partium illius que

mo motus ut si ipsum a c motum sit
et ab eo moto est b c sic igitur ipsius quidem
a b qui est d e ipsius b c qui est e
z motus partium necesse igitur totum in quo
est d z ipsius a c esse motum mouebitur
enim secundum hunc quem quidem utraque partium
mouebitur secundum utramque partium ulla autem non mouebitur
secundum alterius motum quare totus motus
totius est magnitudinis motus. Amplius
autem si omnis motus alicuius est totius autem
motus qui est contra d z neque partium
est neutrius partes enim utriusque neque alterius
nullius autem utique totius totus in partes
partium sunt partes autem ipsius d z sunt
ipsarum que sunt ipsarum b c d a b c
et nullarum aliarum plurium enim inerat
unius motus et utique totus motus
erit ipsius a b c magnitudinis.
Amplius autem si quidem est totus alius mo
tus ut in quo c v mouebitur ab eo quod
utrarumque partium motus hii autem equales
erant hiis que sunt d e z unius enim
unus motus quare si motus aliquis dicitur quod
est t i partium motus equalis erit qui est t
i ei quod est d z si uero deficiet ad ut quod est k i
qui nullius erit motus neque enim totus neque par
tium propter quod unius unus neque alterius nullius
continuus enim motus est continuorum
quorumdam si autem est et si excellat secundum
diuisionem quare si hoc impossibile necesse eundem
esse et equalem. Hoc quidem igitur diuisio secundum partium
motus est et necesse omnis esse partibilem ipsum.
Ad autem secundum tempus est quoniam enim omnis motus
in tempore est tempus autem omne diuisibile est
in minori autem minor motus necesse autem est
diuidi motum secundum tempus. Quoniam autem
esse quod mouetur in aliquo mouetur et quodam
tempore et omnis est motus necesse est easdem
diuisiones esse temporis et motus et ipsius
moueri et quod mouetur et in quo motus est
sed non omnium similiter est in quibus motus est
sed quanti quidem secundum se ipsum qualitatis secundum

se ipsum accidens. Accipiatur enim ipsum in quo
motum est in quo sit a et motus in quo b
si igitur per totum in omni motum est tempore in medio
per minorem et iterum hoc diuiso per minorem
hoc et sic semper. Similiter autem et si motus diuisibilis sit
et tempus diuisibile sit enim per totum motum
per medium in medio et iterum per minorem
in minori. Eodem autem modo et ipsum
moueri diuidetur sit enim in quo c c ipsum
moueri secundum igitur medium motum minor erit
toto et iterum secundum medietatis medium
et sic semper. Est autem et proponentem secundum
utrumque motum ipsum moueri ut secundum d c
et c e dicere quod totum erit secundum totum si namque
plus erit ipsum moueri secundum eundem motum
sicut designauimus et motum diuisibilem ip
sum motus esse accepto enim ipsum moueri secundum
utrumque continuum erit totum. Similiter autem et
demonstrabitur longitudo diuisibilis et omnino omnis
in quo est mutatio preter quedam que secundum
accidens. Quod enim mutatur est diuisibile uno enim
diuiso omnia diuidentur et in ipso finita esse
aut infinita similiter se habebit de omnibus
sequitur autem maxime est diuidi omnia et
infinita esse ab ipso mutante mox enim
inest mutanti diuisibile et infinitum diuisibile
quidem igitur diuisum est prius infinitum autem
in sequentibus erit manifestum.

Quoniam autem omne quod mutatur ex quodam
in aliquid mutatur necesse est quod mutatum
est mox cum mutatum est esse in quo mutatum est.
Quod enim mutatur ex quo mutatum est
quod mutatur enim ex quo mutatur discedit
aut deficit ipsum et aut idem est mutari
et deficere aut sequitur ad mutari ipsum
deficere. Si autem quod est mutatum esse de
fecisse similiter enim utrumque se habet ad utrumque.
Quoniam igitur una mutationum est secundum con
tradictionem quando mutatum est ab eo quod non est
necesse deficere mouens erit igitur in esse
esse enim necesse est esse aut non esse. Manifestum
igitur quod in mutatione secundum contradictionem quod mutatur

est erit in quo mutatum est. Si aut
in hac et in aliis. Si le aut in una
et in aliis. Amplius aut unamquamque
accipientibus illud est. Si quid necesse est
quod mutatur esse aliquid ex quo mutatum
est aut in aliquo. Quoniam ergo ex quo mu
tatum est deficit, necesse est aut esse alicubi
aut in hoc aut in alio ut in ipso .c. quod in ipsum
.b. mutatum est iterum ex .c. mutatur in .b.
non enim erit habitum ipsi .b. mutato enim
continua est. Quare quod mutatum est quando mu
tatum est mutatur. inquantum mutatum est
hoc aut est impossibile necesse ergo quod mutatur
esse in hoc in quod mutatur est. Manifestum
ergo est et quod factum est erit et quod corruptum
est non erit. Universaliter aut dictum est et de omni
mutatione et maxime est manifestum in ea que est
secundum contradictionem. Quod quidem igitur quod mutatum
est primum in illo est illud est. In quo autem primo
mutatum quod mutatum est necesse est in quo ex
primo mutatum quod mutatum est necesse est athomum
esse. Dico aut primum quod non per alterum aliquod
ipsius esse huiusmodi sit. Sit igitur divisibile quod est .a.c.
et dividatur secundum .b. Si quidem igitur in .a.b. mu
tatum est aut in .b.c. non utique primo in ipso
quod est .a.c. quod mutatum est erit. Si autem in utro
mutabatur in utroque necesse est enim in utroque aut
mutatum esse aut transmutatum et utique in
toto transmutabatur hoc erat mutatum. Eadem
aut ratio est et si in hoc quidem mutatur in hoc
aut mutatum est erit enim aliquid primo prius
quare non erit utique divisibile in quo mutatum
est. Manifestum est igitur quod et quod corruptum
est et quod factum est in athomo. Hoc quidem corrup
tum hoc aut factum est. Quod dicitur aut in quo
primo mutatum est dupliciter. Quoniam quidem quod
in quo perfecta est mutatio. Tunc enim
verum est dicere quod mutatum est. Aliud vero in quo primo
cepit mutari. Secundum quidem igitur finem muta
tionis quod primum dicitur existit et est. Contingit
enim perfici mutationem et est mutationis
finis quod ostensum est indivisibile esse propter id quod fi

nis est. Quod autem secundum principium omnino non est
non enim principium est mutationis neque in quo
primo est mutabatur. Sit enim primum quo sit
sit .a.d. hoc igitur indivisibile quidem non est accidet
enim habita esse ipsa nunc. Amplius si in .c.a. tempore
omni quiescens ponatur enim quiescens et ia
quiescat quare si impartibile est .a.d. simul
quiescet et mutatum erit in .a. quidem enim
quiescit in .d. ergo mutatum est. Quoniam autem
aut preter naturam hec. Simplicium quidem igitur nullum utique erit. Quoniam enim circumfertur circulum est quem non contingit permutare suum ipsius locum. Sed neque quod a medio possibile, neque in medio consistens secundum naturam. Quidem non utique erit aliquid eius ipsorum propria loca preter naturam aliis si quidem sunt aliorum quidem erit secundum naturam qui extra locus aliorum, quoniam hinc preter naturam. Sed non erat aliud corpus preter hec. Non igitur est nullum possibile simplicium extra celum esse corpus. Si autem non simplicium neque mixto existentium neque mixtorum. Necesse enim esse simplicia mixto existente. Sed et neque factum esse possibile. Aut enim secundum naturam erit aut preter naturam et aut simplex aut mixtum. Quare iterum idem veniet sermo. Nichil enim differt considerare si est aut si factum esse possibile. Manifestum igitur ex dictis quoniam neque est extra neque contingit factum esse corporis molem nullam. Ex omni enim est propria materia totus mundus. Materia enim erat ipsi corpus naturale sensibile. Itaque neque nunc sunt plures celi neque fuerunt neque contingit fieri plures. Sed unus et solum et perfectum est iste celus. Simul autem manifestum quoniam neque locus neque vacuum neque tempus est extra celum. In omni enim loco possibile existere corpus. Vacuum autem esse dicunt in quo non existit corpus, possibile autem factum esse. Tempus autem numerus motus. Motus autem sine physico corpore non est. Extra celum autem ostensum est quoniam neque est neque contingit fieri corpus. Manifestum igitur quoniam neque locus neque vacuum neque tempus est extra. Propter quod neque que illic in loco nata sunt, neque tempus ipsa facit senescere, neque est nulla nullius transmutatio eorum que super eam que maxime extra ordinatam lationem. Sed inalterabilia et impassibilia optimam habentia vitam et per se sufficientissimam perficiunt toto evo. Et enim hoc nomen divine enunciatum est ab antiquis. Finis enim continens id quod uniuscuiusque vite tempus cui nichil est extra secundum naturam evum unicuique vocatum esse. Secundum eandem rationem autem totius et totius celi finis et omne tempus et infinitatem continens perfectus evum est ab eo quod semper esse sumens denominationem, immortalis et divinus. Unde et aliis communicatum est hiis quidem clarius, hiis autem obscurius esse et vivere. Etenim quemadmodum in encyclicis philosophematibus circa divina multociens declaratum est rationibus quoniam divinum intransmutabile necessarium esse primum et summum. Quod sic habens testificatur dictis. Neque enim aliud melius est quod movebit; illud enim utique erit divinius. Neque habet pravum nichil neque indigens cuiquam que ipsius bonorum nullo est. Et incessabili itaque motu movetur rationabiliter. Omnia enim quiescunt que moventur quando venerint in proprium locum, eius autem quoniam idem corporis idem locus unde incipit et in quem consummat.

De perpetuitate

His autem determinatis dicamus postea utrum ingenitum aut genitum et incorruptibile aut corruptibile, percurrentes prius aliorum suspiciones. Contrariorum enim demonstrationes dubitationes de contrariis sunt. Simul autem et magis utique erunt

simul credibilia dicentur. Prius audi-
entibus dubitatorum sermonum iusti-
ficationes eius contemptorum videbi-
mus. Magis nobis existet, et non
omnino disquisitores sed magis iudices
esse indicativos veri sufficienter.
Genitum quidem igitur omnis esse dicunt,
sed genitum hunc quidem sempiternum,
hunc autem corruptibile quemadmodum quecumque
aliud consistitutorum, hunc autem vicissim
quandoque quidem sic quandoque aliter habere corrum-
ptum et hoc semper perficere, sic
quemadmodum Empedocles Ephesius.
Factum esse quidem igitur sempiternum quidem
tamen esse dicere impossibilium. Sola enim hec
ponendum rationabiliter quecumque in multis
aut omnibus videmus existentia. De hoc
autem accidit contrarium. Omnia enim que ge-
nerantur et corrumpi videntur. [Ad]huc
hoc autem non habens principium eius quod est sic
habere, sed impossibile aliter habere prius per omnia
secula impossibile transmutari. Erit enim
aliqua causa que si existit prius
possibile utique erat aliter habere impossibile se
aliter habere. Si autem prius ex aliter habentibus
consistit mundus, si quidem semper sic ha-
bentibus et impossibilibus aliter habere, non
utique fieret. Si autem factus est, necesse scilicet
ea illa possibilia esse aliter habere et non
semper sic habere. Itaque consistencia dis-
solvientur et dissoluta consistent
prius et hec infinities aut sic habebant se
aut possibile erat. Si autem hoc non
utique erit incorruptibilis nisi aliter habe-
bat aliquando, nam si possibile aliter habere. Au-
xilium autem quod quidam conantur
ferre sibi ipsis dicentium incor-
ruptibilem quidem esse factum autem
non existentem. Similiter esse dicunt hiis qui
descriptiones incedunt et se ipsos
dixisse de generatione non tamquam ge-
nito aliquo aliquando, sed doctrine gratia tamquam
magis instruentes velut descriptio-
nem generatam aspicientes. Hoc autem est
quemadmodum diximus non idem in factione.
Quidem enim descriptionum positis esse
simul idem accidit in demonstrationibus
et contrariorum non idem, sed impossibile que eius accipi-
untur prius et posterius contraria sibi.
Ex inordinatis quidem enim ordinata
facta esse dicunt. Simul autem esse inordi-
natum esse et ordinatum impossibile.
Sed necesse generationem esse separantem [sep. at]
et tempus. In descriptionibus autem nichil tempore
segregatum est. Quod quidem igitur impossibile
ipsum sempiternum esse in aliquo tempore factum esse
vicissim autem consistere et dissolvi
nichil aliud facere est quam astruere
ipsum sempiternum quidem sed transmu-
tantem formam, quemadmodum si quis ex pue-
ro virum factum et ex viro puerum quandoque ei
corrumpi quandoque esse putet. Palam enim
quoniam in adinvicem convenientibus elementis non
contingens ordo fit et consistitutio,
sed eadem aliter quidem et secundum eos qui dixe-
runt hunc sermonem qui dispositionis
utrisque autem contrarium. Itaque si totum corpus
continuum ens quandoque quidem sic quandoque
autem illo modo disponitur et aptatur,
totius autem consistencia mundus
et celum, non utique mundus generabi-
tur et corrumpetur, sed dispositiones ipsius.
Totaliter autem factum corrumpi et non
reflecti existente quidem uno impossibile
est prius quam enim fiet semper existebat
existebat que ante ipsum consi-
stentia, quam non factam non possibile esse
dicimus transmutari. Infinitis autem
entibus mundis contingit magis
sed tamen et hoc utrum impossibile est prius quam
enim aut possibile erunt tamen ex posi-
tionibus. Sunt autem quidam
quibus contingere videtur et inge-
nitum quidem ens corrumpi et genitum

incorruptibile ponunt ut in thy(sic)
meo. ibi enim ait celum quidem factum esse
quidem non solum sit et fore de cetero
sempiterno tempore. ad quos naturali-
quidem de celo solum dictum est ultra
de omni speculantibus erit et de hiis ma-
nifestum

Primum autem dicendum quomodo in-
genitalia et genitalia dicimus
et corruptibilia et incorruptibi-
lia dicimus multipliciter enim dictis et si nul-
la differentia ad sermonem necesse in-
tellectum confusum habere. si quis diviso
multipliciter tanquam indiviso utitur (ut)
incertam enim secundum quam naturam
ipsi accidit quod dictum est. Dicitur autem inge-
nitum uno quidem modo si sit nunc
quod prius non ens sine generatione
et transmutatione quemadmodum quedam
tangi et moveri dicunt. non esse
enim generari dicunt tactum neque motum.
Uno autem si quid contingens fi-
eri aut non fieri non est. similiter enim et hoc
ingenitum quod contingit fieri. Uno autem
si quid omnino impossibile fieri ut quan-
doque sit quandoque autem non. impossibile autem du-
pliciter. aut enim simpliciter non verum
erit dicere quod fiet utique aut non facile
le fuisse neque cito aut bene sit.
eodem autem modo et genitum uno
quidem si non ens prius, posterius
sive genitum sive generatum quan-
doque non ens. nunc autem ens. uno
autem si possibile sive vere dicto
possibili sive per facile. uno autem si
sit generatio ipsius ex non ente in ens
sive iam existente posteri autem existen-
te sive nondum existente sed contingente.

Et corruptibile autem et incorruptibi-
le sibi sive enim prius quidem ens poste-
rius autem non est aut esse contingit
corruptibile esse dicimus sive cor-
ruptum aliquid et transmutatum
sive non. est autem quando et quod per corrupti-
onem contingens non esse corruptibile
esse dicimus et adhuc aliter quod facile
corrumpitur quod dicet utique aliquis
euphtharton. Et de incorruptibili
eodem modo. aut enim quod sine corruptione quandoque
quidem ens quandoque autem non ens puta
tactus. quia sine corrumpi prius existentes
posterius non sunt. aut ens quidem
possibile autem non fore non futurum aliquando
autem ens. Tu enim es et tactus nunc
sed tamen corruptibile quia est aliquando quando non veri-
te dicere quod es neque hec tangi. maxime
proprie autem ens quidem impossibile autem cor-
rumpi sic ut et nunc est posterius non
sit aut contingit non esse et si nondum
corruptum contingens autem posterius
non esse. Dicitur autem incorruptibile quod non
facile corrumpitur. Siquidem sic habent se
considerandum quomodo dicimus possibile et impossibile.
Propriissime enim dictum incorruptibile eo quod
non possit corrumpi neque aliquando
esse aliquando autem non. Dicitur autem et ingenitum
quod impossibile et quod non potens fieri sic
ut prius quidem non sit puta dya- (sic prius autem)
metrum simmetrum si utique quod potest mo-
veri stadia centum aut levare
pondus semper ad plurimum dicimus puta talen- (puta) (no)
ta levare centum aut stadia ire
centum quamvis et partes potest quoniam magis
et quidem et si superhabundancia ut nomine
ad finem et excellentie instituitur. necesse
quidem quod potens secundum excellenciam
tanta et que infra posse puta
si talenta centum tollere et duo. et
si stadia centum et duo posse ire
virtus autem excellentie et utique si (No)
quid impossibile tantum secundum excellenciam
dicentibus et plura impossibile puta non
potens mille ire stadia manifestum quod
mille et unum. Nichil autem nos tur-

lere deficietur enim secundum excellenciam tinum tamen quod tempore possibile forsitan enim instabit utique quis quoniam non necesse quod decem est videns ei stadium non utique quia minus videbit magnitudines sed contrarium magis potens videre plus stadium aut audire plurimum sonum et maiorem habebit sensum. sed nichil differt ad rationem deficietur enim aut in virtute aut in re excellencia. contrarium enim dicimus maximum. visus quidem enim qui minoris excedit velocitas contrario. ve autem maioris

Declarans autem hiis dicendum quod deinceps. Si itaque sunt contraria potentia esse et non, necesse tempore aliquo determinatum esse plurimum et eius quod est esse et eius quod non. Dico autem possibilem esse et ens possibile non esse secundum quamcumque predicationem, puta hominem aut album aut tricubitum aut aliud quodcumque talium. si erit enim non erit contrarium autem si semper plus apposito et non est cui minus infinito erit tempore idem possibile esse non esse alio infinito sed hoc impossibile. Principium autem sit hinc. impossibile et falsum non idem significat. est autem impossibile et possibile erit et falsum et verum hoc quidem ex suppositione. Dico autem ut puta trigonum impossibile duos rectos habere si hec et dyametrum commensurabilem si hoc. Sunt autem simpliciter et possibilia et impossibilia. non idem est falsum ad esse simpliciter et impossibile simpliciter. te enim non obstante dicere stare falsum quidem non impossibile autem. similiter autem citharizantem non cantantem aut cantare dicere falsum sed non impossibile. simul et stare et sedere et dyametrum commensurabile esse non solum falsum sed et impossibile. non itaque idem et supponere falsum et impossibile. accidit autem impossibile ex impossibili. Habet quidem ergo sedere et stare simul habet virtutem quia cum habet illam et alteram sed non ut simul sedeat et stet sed in alio tempore. sed si itaque ad infinitum tempus plurium habet virtutem non est in alio tempore sed simul. Quare si quid in infinito tempore ens corruptibile est virtutem habebit utique non esse. Si itaque infinito tempore est sit existens quod possibile non esse simul ergo erit et non erit secundum actum. falsum quidem ergo accidet utique quia falsum quidem positum est. sed si non impossibile erit non utique et impossibile esse erit quod accidit. omne ergo semper ens nec simpliciter incorruptibile. Similiter autem et ingenitum. si enim genitum tempore possibile erit tempore quodam non esse. Corruptibile quidem enim est quod prius quidem nunc autem non ens aut contingens quandoque posterius non esse. genitum autem ens contingit prius non esse. sed non est in quo tempore possibile quod semper ens ut non sit in infinito neque in finito. et enim finito tempore possibile esse si quidem et infinito. non est ergo possibile contingit idem et unum semper quod posse esse et non esse. sed et utique negationem puta dico non semper esse impossibile ergo et semper quidem ad esse contrarium. Similiter autem neque genitum. duorum enim terminorum si impossibile posterius sine priori existere si illud impossibile existere existere et quod posterius. itaque si semper ens non contingit quandoque non esse impossibile et genitum esse. Cum autem negatio eius quidem quod semper possibile esse non semper possibile esse, semper possibile esse semper contrarium, cuius negatio non semper possibile non esse, necesse negationes amborum eius existere et esse medium semper entis et semper entis quod possibile esse et non esse. utriusque enim negatio quandoque existet si non semper sit. Quare et si semper non ens erit quandoque et non erit. et non semper possibile autem esse sed quandoque ens quare et non esse. idem ergo erit possibile esse et non et hoc amborum medium.

Ratio universalis hec. sint enim a et b nulli eidem possibilia autem existere omni autem a aut g et b d. necesse itaque et secundum

nō

ãt

posti

abo[rum]

neque a existit neque b. omni existere g. d.
Sit itaque e intermedium eorum que ab
contrariorum n. quod neutrum medium hinc
itaque necesse ambo existere et g. et d.
omni n. g. aut a. contrarie et ei quod est
contrarium g. a. impossibile. g. existet. eadem
autem ratio et in d. neque itaque semper existens
genitum neque corruptibile. neque semper non
ens. palam autem quia et si genitum aut
corruptibile non sempiternum. simul enim
erit possibile semper esse et possibile non semper esse
hoc autem quod impossibile
ostensum est prius. igitur si et i-
genitum est ens autem hoc necesse sem-
piternum esse. similiter autem et si incorruptibile
ens autem. dico autem ingenitum et
incorruptibile que proprie dicuntur. In geni-
tum quidem quod et nunc et prius
non verum erit dicere non esse. incorruptibile
autem quod nunc ens posterius non verum
erit dicere non esse. aut si quidem hec
adinvicem consequuntur et quod quidem inge-
nitum incorruptibile et quod incorruptibile
ingenitum. necesse et sempiternum utrumque
consequi et sive adhuc ingenitum
sempiternum sive incorruptibile sem-
piternum. palam autem et ex determina-
tione ipsorum et enim necesse si corrup-
tibile genitum. aut enim ingenitum
aut genitum. si ingenitum et
incorruptibile supponitur et si ge-
nitum aut corruptibile necesse aut
enim corruptibile erit aut incorruptibile
sed si incorruptibile ingenitum supponitur.
Si autem non consequuntur adin-
vicem incorruptibile et ingenitum
non necesse ingenitum neque incorruptibile
sempiternum esse. Quod autem necesse
consequi ex hiis manifestum genitum
enim et corruptibile consequuntur adin-
vicem. palam autem et hoc ex prius
dictis. semper enim entis et semper non entis

est intermedium aliquid neutrum sequitur hoc est
genitum et corruptibile. possibile enim et esse et non
esse determinato tempore utrumque. dico autem
utrumque et esse quanto quodam tempore et non
esse. Si igitur est quod genitum aut corruptibile
necesse hoc intermedium esse. Sit enim a
semper ens. b autem enim non semper. g. a. a. b.
hiis quidem enim non est tempus ad neu-
trum terminus in quo a non erat autem
b erat. genito autem necesse aut actu
aut potentia esse. hiis autem que ab neutro
modo quanto quodam et determinato
tempore et erit et iterum non erit. g. igitur
et in d. genitum igitur et corruptibile
utrumque. consequuntur igitur invicem genitum
et corruptibile. Sit itaque in quo e in-
genitum contrarie z. genitum quod a in quo i
incorruptibile. contrarie a in quo t. corruptibile
quod itaque z. t. ostensum est quod consequuntur
invicem contrarium. itaque sit posita ut
hec posita que quidem z. et quod t. con-
sequentia. contrarie e est et z. nulli eorum
omni e aliquid. similiter autem et quod i. t.
necesse et quod i. e. consequuntur invicem. obicit
enim ei quod i. e. non consequens z. igitur con-
sequitur. omni enim e autem z. in serie
z. et t. ei igitur quod i. i. t. consequetur
sed supponebatur impossibile esse eadem
autem ratio et quod in ei quod e. sed sic
habeat se ingenitum in quo e. ad geni-
tum in quo z. sunt et incorruptibile
in quo i. corruptibile in quo t. dicere itaque
neque hoc probabile factum esse quod incorruptibile
et ingenitum quod corrumpi semel
existente hinc quidem generatione hinc
autem corruptione perimitur [illegible]
ad. aut enim infinito aut quanto
quodam determinato tempore possunt omnia
aut facere aut pati aut esse aut non
esse et infinito propter hoc quod determinatum est
aliqualiter infinitum est non est plus quam
aut quia neque infinitum neque determinatum

aut genitum d. autem corruptibile necesse hoc g. intermedium esse

infinitum

Ad huc quis magis in h signo
sp ens prius corruptu aut no
ens infinito fcm e si eni mel
magis infinita aut signa · pa
lam q i infinito tpe erat ad gna
bile et corruptible prec g et no ee
infinito tpe simul g hebit uirtu
tem eius q no ee · et ee h quid
prius incorruptible h aut si gnabile
itaz si existere ponatur q possi
opposita simul existitio · Ad huc
autem et h silr i oi signo existz
cotie i infinito tpe eius q no ee
et ee hebit uirtutem · sz ostensu
e q i ipole h · Ad huc si prius
uirtus existit actu oi existet tpe
et ens i gnabile aut no ens in
finito tpe si aut possibile simul ee
no erit et eius q e contrarie uirtute
hebit et h quoz ee et postius in
finito uitz tpe · Manifestum aut et
alr q i ipole corruptible ens no corrup
tum ee quia sp ei erit simul et cor
ruptible et i corruptible entelechia
cotie sil erit possibile et sp ee et no sp
corrumpitur g quia corruptible et si gna
bile fcm e possibile ei fcm ee et no
sp quod ee est aut et sic uidere
q i ipole aut q fcm e quia i corruptible
ad pficere aut i gnabile ens et
sp prius et corrumpi · nz · n · a cau
tz i corruptible · nz i gnabile possibile esse
q quod ei casuale et aut a for
tuna ptr sp et ut frequent au e
aut fit · q a infinito tpe au sup
aut a quanta pte e · aut semp
aut ut frequenter existit ens
nece g uera talia quia quid
ee quia et no · Talium aut eadem
pro contradictionis et in causa ei q e
et no itaz nece e simul existere
actu opposita · Sz ad huc neqz

uim dicere nunc q annus prior iza
nus prior q nunc e · i possibile g non
ens aliqd postius sempiternum
ee hebit enim postius et eius q e
no ee uirtutem impotentum non eius
q et no esse existit · n · actu ens ·
sz i q anno priore et i pstito tepe
sit itaz e lso uirtus existens actu erit
g uim dicere nunc q no est annus
prior · sz i possibile nz nulla ei uirtus
eius q e fcm ee e · sz eius q e ee
aut futurum ee · silr aut et si
prius ens sempiternum postius
no erit hebit ei uirtutem e actu
ti e itaz si ponamus possibile · uim e
dicere nunc q e aut annus prior
et ulr i pstito tpe · Et naturalr
aut et no uulr intendentibz i possibile
aut sempiternum ens prius corrupi
postius aut prius no ens · Sem
piternum esse Corruptibilia · n · et
gnabilia et alterabilia oia alte
antur aut contrarius et ex quibz
constant natura entia et ab eisd
ipsius corrumpitur ··

Quod quid g nz fcm
e omne celum nz co
tingit corrumpi q ad
quidam dicunt ipsm · sz
e unum et sempiternum
principium quid et consumationem no
hns totius eum · hns aut e et
contineens i se ipso infinitum tpe ex
dcis licet accipere fidem et p opinioz
eam que ab alr dicentibz et ge
nerantibz ipsm · si · n · sic quid
hre contingit sm q aut modu
illi fcm ee dicunt no contingit
magnam uitz hebit et h inclinatoz
ad fidem de immortalitate ipsius
et sempiternitate · pp h qd bene

persuasibile se ipsum exhibere antiquis et maxime patriis nostris veros esse sermones ut sit immortale aliquid et divinum habentium quidem motum, habentium autem talem ut nullus sit finis ipsius sed magis iste aliorum finis. Est enim finis continentium et ipsa circulatio perfecta existens continet imperfectas et habentes terminum et quietem, ipsa quidem nullum neque principium habens neque finem sed incessabilis ens infinito tempore, aliorum autem horum quidem causa principii horum autem suscipiens quietem. Celum autem et eum qui sursum locum antiqui quidem diis attribuerunt velut existens solum immortale. Sic autem testificatur iste qui nunc sermo quod incorruptibile et ingenitum, adhuc autem impassibile omnis mortalis difficultatis est. Adhuc autem et sine labore propter non indigere violentia necessitate que detineat prohibens ferri aptum natum ipsum aliter. Omne enim tale magis laboriosum quanto quidem utique sempiternius sit et dispositionis optime expers. Propter quod neque secundum antiquorum fabulam suspicandum habere quemadmodum dicunt Atalante quodam ipsi opus esse ad salutem. Videntur enim et hunc existimantes sermonem eandem habere suspicionem hiis qui posterius; ut enim de gravitatem habentibus et terrenis omnibus hiis qui sursum corporibus substituerunt ipsi fabulose necessitatem animatam. Tamen neque utique hoc modo suspicandum neque propter vertiginem velocioris existentem lationis proprie inclinationis adhuc salvari tanto tempore quemadmodum Empedocles inquit. Sed adhuc neque ab anima rationabile cogente manere sempiternum, neque enim anime possibile esse talem vitam sine tristicia et beatam. Necesse enim et motum cum violencia existentem, si quidem movet ferri aptum natum primo corpore aliter et

movere continue sine vacatione esse et omni carentem remissione prudenti ratione, si quidem neque ut anime mortalium animalium est requies que circa sompnum fit corporis remissio, sed necessarium Ixionis quandam partem retinere ipsam sempiternam et incessabilem. Si utique quemadmodum diximus contingit habere modo de prima latione, non solum ipsi de sempiternitate sic existimare melius, sed et divinationi ei que de deo solum utique habemus sic confesse enunciare consonantes sermones. Sed quidem talium sermonum satis sit nunc.

Quoniam autem quidam sunt qui dicunt esse quoddam dextrum et sinistrum celi quemadmodum vocati Pictagorici (illorum enim iste sermo est), considerandum utrum sic habet modo ut illi dicunt aut magis aliter, si quidem oportet adaptare toti corporis huiusmodi principia. Confestim enim primum si dextrum existit et sinistrum, ad hec priora existimandum existere principia in ipso. Determinatum est quidem igitur de hiis in hiis que circa motus animalium propter esse nature illorum proprias; manifeste enim in animalibus existentia videntur huiusmodi omnes tales partes, dico autem puta et dextrum et sinistrum, hiis autem quedam plantis et sursum et deorsum solum. Si autem oportet celo adaptare aliquod talium et primum quemadmodum diximus in animalibus existens, rationabile existere in eo. Tribus enim entibus unumquodque velut principium quoddam, dico autem tria sursum et deorsum et ante et oppositum et dextrum et sinistrum. Has enim distinctiones rationabile existere corporibus perfectis omnes. Est autem sursum quidem longitudinis principium, dextrum autem latitudinis, ante autem profunditatis. Adhuc

autem alter motus. Sunt principia ei, hoc dico
unde incipiunt primum motus habentibus.
Est autem a sursum quidem augmentatio, a
dextris autem qui secundum locum, ab an-
terioribus autem qui secundum sensum. Ante-
rius dico in quo sensus. Propter quod et non omni
sursum autem deorsum et dextrum et
sinistrum et anterius et posterius querendum,
sed que habent motus principium in
ipsis animata entia; in inanimatorum
enim nullo videmus unde principium
motus. Sed quedam enim omnino non moventur,
sed autem moventur quidem, sed ab omni
parte similiter, puta ignis sursum solum et
terra ad medium. Sed in hiis quidem dici-
mus sursum et deorsum et dextrum
et sinistrum ad nos referentes; aut
enim secundum nostras dextras, quemadmodum adi-
vinatores; aut secundum similitudinem
nostris, quemadmodum que statue; aut que
contraria habentia positione, dextrum quidem
ei quod ad nostrum sinistrum, sinistrum
autem contrarium; et posterius quod ad nostrum
anterius. In ipsis autem hiis nullam
videmus differentiam. Si enim contrario vertantur,
contraria dicemus dextra et sinistra et
sursum et deorsum et posterius et anterius.
Propter quod et Pictagoricos utique quis
mirabitur quod duo sola hec principia dice-
bant, dextrum et sinistrum. Quatuor
autem delinquerunt, nichil minus principa-
lia entia. Similis enim minorem differentiam
habent que sursum ad que deorsum
et que anterius ad que posterius quam
dextra ad sinistra in omnibus. Aliis hec quidem
enim virtute differunt solum, hec autem
et figuris; et sursum et deorsum omni-
bus animatis similiter et aliis et plantis,
dextrum autem et sinistrum non existit in
plantis. Adhuc autem ut longitudo la-
titudine prior, si sursum longitudi-
nis principium, dextrum autem latitudinis,

posterius autem principium prius, prius utique
erit sursum dextro secundum generationem,
quoniam multis dicitur eiusdem prius.
Adhuc autem sursum quidem est unde motus,
dextrum autem a quo, anterius autem ad quod.
Quare et sic utique habebunt quandam virtutem
principii que sursum ad alias species. Iuste quod
determinare principaliora principia ista
est ipsos inculpare, et quod hec in omnibus similiter
putabant existere. Celo autem quoniam
determinatum est prius quod in huiusmodi principium
motus tales virtutes existunt. Et autem
celum animatum et habet motus principium, manifestum quoniam
habet sursum et deorsum et dextrum et sini-
strum. Non oportet enim dubitare propter sphericam
esse figuram totius quo erit hoc quidem
dextrum, hoc autem sinistrum, similibus entibus
partibus omnibus et motus omni tempore.
Sed intelligere sic utique si quis in quibus habet
dextrum ad sinistrum differentiam in figuris
deinde circumponat speram. Habebit quidem
enim virtutem differentem, videbitur
autem non propter similitudinem figure. Eodem autem
modo et de principio eius quod est motus.
Et enim si neque quidem incepit, tamen habere necesse
principium unde incepit, si incepisset quod
movetur moveri, et utique sisteretur,
movebitur utique iterum. Dico autem longi-
tudo quidem ipsius que secundum polos
distantia, et polorum hunc quidem sur-
sum, hunc autem deorsum. Differentiam
enim in hiis solum videmus emisperiorum
propter non moveri polos. Simul autem et con-
suevimus dicere latera in mundo
non quod sursum et deorsum, sed quod iuxta
polos tanquam hac longitudine existente.
Quod enim ad latus, id est quod iuxta sursum et
deorsum. Sed polorum autem quidem qui
super nos apparens que deorsum est,
qui autem nobis immanifestus quod sursum.
Dextrum enim unicuique dicimus unde principium
ei quod secundum locum motus. Celi autem principium

circulationis in motu astrorum. Quare hic
utique erit dextrum, ubi autem occasus sini
strum. Si igitur incipit a dextris et ad dex
tra circumfertur, necesse quod sursum esse ma
nifestum poli. Si enim erit qui inferius ad si
nistra erit motus, quod non dicimus. Manifestum
igitur quod inmanifestus polus est quod sursum,
et ibi quidem habitantes in eo quod sur
sum sunt emisperio et apud dextram,
illos autem in eo quod deorsum et apud si
nistram, contrario quam ut pytagorici
dicunt illi. Nos enim sursum quidem faciunt
et in dextra parte, hic autem qui ibi deor
sum et in sinistra. Accidit autem contrarium.
Secundarie quidem circulationis, puta eius que
planetarum, illos autem in hiis esse in
sursum et in dextris sunt. Illi autem
in hiis que deorsum et in sinistris. Con
trario enim in hiis principium motus est
propter contrarias esse lationes, ut accidat nos
quidem esse apud principium, illos autem
apud finem. De hiis quidem igitur
que secundum dimensiones partibus et se
cundum locum determinatum tanta dicta sint.
Quoniam autem non est contrarius motus qui
circuli ei qui circa, considerandum
propter quid plures sunt lationes, et quidem a
longe temptantibus facere questionem. Lon
ge autem non sic tanto magis autem
magis eo quod accidentium ipsis de omnino
paucis habeamus sensum. Attamen dica
mus. Causa autem de ipsis hinc sumenda.
Unumquodque est quorum est opus gratia
operis. Dei autem operatio immortali
tas. Hec autem est vita sempiter
na. Itaque necesse deo motum sempi
ternum existere. Quoniam autem celum
tale, corpus enim quoddam divinum,
propter hoc habet circulare corpus quod natura
circulum moveatur semper. Propter quid igitur non
totum celi corpus tale? Quia necesse
manere aliquid corporis lati circulo quod in
medio. Huius autem nullam possibile est
manere partem neque ubique neque in medio,
et enim si secundum naturam motus erat
ipsius ad medium, natura circulo
movetur. Non utique esset sempiternus
motus. Nichil enim preter naturam sempi
ternum. Posterius autem quod preter naturam
eo quod secundum naturam, et excessus quidam
est in generatione quod preter naturam eius quod secundum
naturam. Necesse igitur terram esse. Hec enim quie
scit in medio. Nunc quidem igitur suppo
natur hoc, posterius autem demonstrabitur
de ipso. Sed adhuc si terram, necesse ignem
esse. Contrariorum enim si alterum natura,
necesse et alterum esse natura. Si non est
contrarium et esse quandam ipsius sunt
enim eadem materia contrariorum et privatione
prius affirmatio. Dico autem puta calidum
frigido. Quies autem et gravitas
dicitur per privationem levitatis et motus.
Sed adhuc si quidem est ignis et terra,
necesse et que media ipsorum esse corpora.
Contrarietatem enim habet unumquodque ad
unumquodque elementorum. Supponatur autem
et hoc nunc, posterius autem temptabimus
ostendere. Hiis autem existentibus
manifestum quoniam necesse generationem esse, eo quod
nullum ipsorum possibile est esse sempiternum.
Patiuntur enim et agunt contraria ab
invicem et corruptiva invicem sunt.
Adhuc autem non rationabile esse aliquod
mobile sempiternum cuius non con
tingit esse secundum naturam motum sempi
ternum. Horum autem est motus. Quoniam
quidem igitur necesse esse generationem, ex hiis
manifestum. Si autem generationem, necesse et
aliam esse lationem aut unam
aut plures. Secundum enim eam que totius
sic necesse habere elementa corporum
ad invicem. Dicetur autem et de hoc in
sequentibus planius. Nunc autem
tantum manifestum est propter quid circulationes plura sunt

circularia corpora quare necesse circulum esse quod movetur ad semper.

Figuram autem sphericam necesse est habere celum. Hec enim propriissima et substantia et natura prima. Dicamus autem universaliter de figuris que est prima et in planis et in solidis. Omnis utique figura plana aut recti linea est aut circularis et recti linea quidem a pluribus continetur lineis. circularis autem ab una. Quoniam autem prius natura in unoquoque genere unum multis et simplex compositis prima utique erit planarum figurarum circulus. Adhuc autem si quidem perfectum est cuius nichil est extra accipere eorum que ipsius possibile quemadmodum determinatum est prius et recte quidem apponi semper circulari autem nequaquam manifestum quod perfecta utique erit continens. Quare utique si perfectum prius imperfecto et quidem propter hoc prior utique erit figurarum circulus. Similiter autem et sphera solidorum. illa enim sola continetur recti linee a pluribus. Sicut enim circulus in planis. sic sphera in solidis. Adhuc autem et dividentes ad plana. Et ex planis corpora generantes testificari videntur hiis. sola enim solidorum non dividunt spheram tamquam non habentem plures superficies quam unam. Divisio enim ad plana non ut utique incidens quis in partes dividet a toto hoc dividitur modo sed ut ad alia specie. Quod quidem igitur prima est sphera solidarum figurarum palam. Est vero et secundum numerum ordinem assignantibus sic ponere rationabilissimum circulum quidem secundum unum trigonum autem secundum dualitatem quoniam duo recti. Si autem hoc trigonum unum circulus non erit figura. Quoniam autem prima quidem figura primi corporis primum autem corpus quod in extrema circumferentia sphericum utique erit quod fertur circulatione et contiguum igitur illi spherico contiguum sphericum. Similiter autem et que ad medium horum. Que enim a spherico contenta et tacta tota spherica necesse est esse. que autem deorsum planetarum tangunt eam que desuper spheram. Quare spherica utique erit omnis latio. omnia enim tangit et continua sunt spheris. Adhuc hic autem quoniam videtur et supponitur circulariter circumferri totum. ostensum est autem quod extreme circulationis neque vacuum est extrinsecus neque locus. necesse est propter hoc sphericum esse ipsum. Si enim erit rectilineum accidet et locum extra esse et corpus et vacuum. circulo enim rectilineum neque eandem immorabitur regionem. sed ubi prius erat corpus nunc non erit et ubi non erit rursum erit propter permutationem angulorum. Similiter autem et utique si qua alia figura fiat non equales habens ex medio lineas puta lenticularis aut ovalis. In omnibus enim accidet et locum extra et vacuum esse lationis propter non eandem regionem detinere totum. Adhuc hic autem si quidem mensura minima que celi latio quod est sola continua et regularis et sempiterna in unoquoque autem mensura quod minimum. minimus autem motus velocissimus utique erit omnium motuum celi motus. Sed adhuc eandem que a se ipso ad se ipsum minima est que circuli linea. hoc minima autem velocissimus motus. Quare si celum circulariter fertur et velocissime movetur sphericum autem ipsum necesse est esse. Signum autem utique quis et ex hiis que circa

ucorum collocatis corporibus hanc fidem
Si enim aqua quidem est circa terram
aer autem circa aquam ignis autem circa
aerem et superiorum corpora secundum eandem
rationem. continua quidem enim non
sunt. tangunt autem hec superficies autem
aque sperica est. circa dictum autem sperico con
tinuum aut motum circa speram et ipsum
tale necessarium est esse. Quare et propter hec
manifestum sit quoniam spericum est celum

Sed et quoniam aque superficies talis manifesta
super positionem sumentibus quoniam nata est
semper fluere aqua in magis concavum
cavius autem quod centro propinquius. Du
cantur quoque ex centro que ab. et. ag.
ag. et adiungatur in qua b g. ducta quoque
ad basem. ad minor est earum que ex
centro. profundior igitur locus est. Circumcontinet
aqua donec utique equetur est
ad hiis que ex centro q. a. e. Itaque
necesse apud eos que ex centro esse
aquam. Tunc enim quiescet. tan
gens autem eas que ex centro cir
cularis. Sperica igitur aque superficies a q
b. e. g. Quod quidem igitur spericus est mundus
palam ex hiis et quoniam secundum diligentiam
tornatus sic ut nichil in manufactis
habeat simile. neque aliud nichil nobis in
oculis apparentium. ex quibus enim consti
tutionem accepit nichil sic possibile re
gularitatem suscipere et diligentiam
ut circularis corporis natura. manifestum
enim quoniam proportionem habet quemadmodum aqua
ad terram et plus semper distancia

Quoniam autem celorum
est dupliciter in circulo motum
puta ab a. huic quidem ad b.
huic autem ad g. quoniam quidem igitur non sunt
contrarii isti prius dictum est. Sed si nichil
ut contingit neque a casu evenire in
sempiternis esse celum enim sempiter
num et circulatio propter quid quidem

certam ad alteram fertur sed non ad alteram
scitum est et hec autem principium esse
ipsius principium forte quidem igitur de
quibusdam enunciare ad eas esse temp
tare et de omnibus et per nichil inire nichil
forsitan utique videbitur esse signum aut
multe stulticie aut promptitudinis
Non enim iustum quidem omnis similiter incre
pare sed intendere quam causam dicendi quere
ndo hunc aut qualiter hiis intendendo
parius humano modo aut firmius. Certio
res quidem igitur necessitates quando quis adi
gerit gratiam habere oportet invenientibus. Nunc
autem quod videtur dicendum. Si enim natura
semper facit contingentium quod optimum
est autem quemadmodum earum que in recti
lationum ad superiorem locum honorabi
lior. divinior enim locus qui sursum
eo qui deorsum eodem modo et quod ad ante
ea que ad posterius se habet si quidem et
ad dextrum et sinistrum quemadmodum dictum est
prius et testificatur et dicta dubitatio
quoniam habet prius et posterius hec enim cau
sa solvit dubitationem. Si enim habet ut
contingit optime hec utique erit causa dicti.
optimum enim moveri simplicem motum
et incessabilem et hunc ad honora
bilius.

De motu autem ipsius quoniam regularis
est et non irregularis deinceps utique
dictum erit pertransire. dico autem hec de primo
celorum de prima latione. In hiis enim
que sub eis plures iam lationes con
venerunt in unum. Si enim irregulariter
movebitur manifestum quoniam intensio erit et
virtus et remissio omnis enim irregu
laris lationem et remissionem habet et inten
sionem et virtutem virtus autem est
aut unde fertur. aut quo aut circa
medium. puta forte hiis quidem quibus
secundum terminum quo feruntur. hiis autem quibus
preter naturam unde. circulatis autem

esse. Iam medium putabit forte aliquis quod
que secundum naturam ad quod feruntur
huius autem que preter naturam exclu-
sionis. Et non est. non enim unde nec quo nec
medium. nec enim principium nec finis
nec medium ipsius est simpliciter tempore
enim sempiterna. Et longitudine
simul ducta et infrangibilis. Amplius
si non inest ipsius lationis nec irre-
gularitas erit irregularitas eius fit secundum re-
missionem et intensionem. Adhuc
quoniam omne quod movetur ab ali-
quo movetur necesse irregularitatem fieri motus
aut propter movens aut propter motum
aut propter ambo. Sive enim movens
non eadem virtute moveat sive mo-
tum alteratur et non permaneat idem
sive ambo transmutentur nichil prohi-
bet irregulariter moveri quod movetur. Non
autem horum possibile esse celum
fieri. Quod quidem movetur ostensum est
quia primum et simplex et ingenitum et
incorruptibile. Et totaliter intransmu-
tabile. Movens autem multo ma-
gis rationabile esse tale. primum enim
primi et simplex simplicis ac in-
corruptibile et ingenitum incorruptibilis et
ingeniti motivum. Quoniam igitur quod movetur
non transmutatur corpus existens neque utique
movens transmutabitur incorporale exi-
stens. Quare et lationem impossibile
irregularem esse. Et enim si fiat irregulariter
aut tota transmutatur et quandoque
quidem fit velocior quandoque autem
tardior iterum aut partes ipsius
partes quidem ipsi [quod non fit irregularitas]
Iam enim utique facta fuisset distancia
astrorum in infinito tempore hoc quidem ve-
locius moto hoc autem tardius. Non
videtur autem nichil aliter habens elonga-
tionibus. Sed neque totum accidit trans-
mutari. remissio enim uniuscuiusque

fit propter impotentiam. hec autem preter naturam
Et enim in animalibus impotentie omnes
preter naturam sunt puta senectus
et decrementum. Tota enim consisten-
tia animalium forte ex talibus consistit
que differunt propriis locis. nullam enim
partium ipsius habet eandem que ipsius
regionem. Si igitur in primis non est
quod preter naturam simplicia enim et im-
mixta et in propria regione et nichil
ipsius contrarium nec utique impotentia erit. Quare
nec remissio nec intensio. Si enim inten-
tio et remissio. Adhuc autem et ir-
rationabile infinito tempore potens esse
movens et rursus alio infinito
impotens. Nichil enim videtur existens infi-
nito tempore preter naturam. In primo autem
preter naturam nec equali tempore preter naturam
et secundum naturam. neque totaliter potens
et impotens. Necesse autem si remittitur
motus infinito remitti tempore. Sed ad-
huc nec intendi semper aut iterum remitti
possibile. Infinitus enim utique erit et indeterminatus
motus. Omnem autem dicimus ex aliquo
in aliquid esse et determinatum. Adhuc autem
si quis accipiat esse aliquod tempus minimum
cuius non contingit in minori moveri
celum. Sicut enim nec citharizare nec
in quocumque tempore possibile sed est uniuscuiusque actus
determinatum minimum tempus ad non excedere
sic nec moveri celum in quocumque tempore possibile
Si igitur hoc verum non utique erit semper intensio
lationis. Si autem non intensio nec
remissio. Similiter enim ambo et alterum. Si
quidem eadem intenditur velocitate
aut maiori et infinito tempore. Reliquum
utique dicere invicem esse motum ad ve-
locius et tardius. hoc autem penitus
irrationale et fictioni simile. Adhuc autem
et non latere in hiis rationabilius
sensibiliora enim iuxta invicem posita
Quod quidem igitur et unum et solum

est celum et istud ingenitum et sempiter-
num. ad hoc autem [illegible]
De vocatis autem astris consequens
utique erit dicere ex quibus constant
et in quibus figuris et qui motus
eorum. Rationabilissimum autem et dictis conse-
quens nobis unumquodque astrorum facere ex
eo corpore in quo existit
lationem habens quod dicebamus aliquid esse
quod circulariter ferri natum est. Sicut enim ignea
dicentes esse propter hoc dicunt quia quod sursum
corpus igneum esse dicunt ut rationale
existens unumquodque constare ex hiis ex
quibus unumquodque est similiter et nos dicimus.
Calor autem ab ipsis et lumen generatur
tritto aere ab illorum latione. natus
est enim motus ignire et ligna et
lapides et ferrum. Rationabilius
igitur appropinquius igni, propinquius autem
aer. Velut et in latis sagittis
hee ipse enim igniuntur sic ut liquescant
plumbee et quando igniuntur ipse necesse
et circumstantem ipsas
aerem hoc ipsum pati. hee quidem ipse
incalescunt propter in aere ferri qui propter
plagam motu fit ignis. Eorum
autem que sursum unumquodque in spera fertur
ut ipsa quidem non igniantur. Aere
autem sub circularis corporis spera existente
necesse est lata [illegible] lata illa inca-
lescere et hac maxime cum sol ex-
tat infixus. propter quod approximante
ipso et oriente et super nos existente
generatur calor. Quod quidem igitur
neque ignea sunt neque in igne feruntur
tam nobis dictum sit de ipsis.

Quoniam autem videntur et astra
transmutata et totum celum
contingit aut quiescentibus utrisque fi-
eri translationem aut motis aut hoc
quidem quiescente hoc autem moto.
Utraque quidem igitur quiescere impossibile
quiescente terra. fient enim utique
que videntur. Terram autem supponatur
quiescere. Relinquitur autem aut utraque
moveri aut hoc quidem moveri hoc autem
quiescere. Si quidem igitur ambo mo-
vebuntur irrationabile eadem velo-
citates astrorum esse et circulorum.
Unumquodque enim eque velox erit circulo
secundum quem fertur. videntur enim simul
circulis consistentia iterum unde accidit
igitur simul astrumque pertransisse circulum
et celum ablatum esse ea que ipsius
lationem pertranseunte eam que ipsius
periferiam. Non est autem rationabile
eadem ratione habere velocitates astrorum
et magnitudines circulorum.
Circulos quidem enim nichil inconveniens
sed necesse analogice habere velocitates
magnitudinibus. Astrorum autem
unumquodque quod in hiis non valde rationa-
bile. Sive enim ex necessitate maiori cir-
culo latum velocius erit, palam enim
si et transponantur astra in eos qui in
invicem circulos hoc quidem erit velocius
hoc autem tardius sic autem non utique
haberent proprium motum sed ferentur
utique a circulis. Sive a casu contigit
neque sic rationabile ut in omnibus simul circulis
quidem sit maior et latio velocior
eius quod in ipso astri unius. quidem enim
aut duo hunc modum habere nichil in-
conveniens, omnia autem similiter fictionem
assimilant. Simul autem et non est in hiis
que natura quod ut contingit neque ubique
in omnibus existens quod a fortuna. Sed ad
huc iterum si quidem circuli manent
astra autem moveantur eadem et similiter
erunt irrationabilia. accidet enim ve-
locius moveri que extra et veloci-
tates esse secundum magnitudines cir-
culorum. Quoniam quidem igitur neque utraque
moveri rationabile neque astrum solum

relinquitur circulos quidem moveri astra autem quiescere et in fixa circulis ferri. Solum enim utique sic nullum inrationabile accidit. Celiorem enim esse maioris circuli velocitatem rationabile circa idem centrum colligatorum. Sicut enim in aliis maius corpus velocius fertur propria latione sic et in circularibus maior enim ablatorum ab hiis que ex centro maioris circuli ex ficto. Inrationabiliter inequali tempore maior circulo conferretur circulis. Et non divelli celum propter hoc accidet et quia ostensum est continuum ens totum. Ad hoc autem quoniam sperica astra quemadmodum et alii dicunt et nobis confessum dicere ex illo corpore generantibus. Sperica autem duo motus sunt per se volutatio et circumgiratio. Si quidem igitur movetur astra per se ipsa aliquo utique movebuntur horum sed neutro videtur. Circumgirata quidem enim utique manerent in eodem et non transferentur loco quod et videtur et omnes dicunt. Ad hoc autem omnis quidem rationale eodem motu moveri. Solum autem videtur astrorum sol operari oriens et occidens et iste non propter ipsum sed propter elongationem visus. Enim distans longe invertitur propter infirmitatem que eadem forte et causa quod esse scintillare videntur stellas fixas planetas autem non scintillare planete quidem enim prope sunt. Quare virtute potens existens ad ipsos pertingit visus. Ad manentes autem tremit propter longitudinem porrecti longe valde. Tremor autem ipsius astri facit videri esse motum nichil enim differt movere visum aut quod videtur. Sed ad hunc quod neque voluuntur astra manifestum. Quod enim neque volvitur necesse est lune autem semper manifestus est quod vocatur facies. Itaque quoniam mota quidem per se ipsa propriis motibus quidem per se ipsa rationabile hiis autem non videntur mota palam quia non utique movebuntur per se ipsa. Ad hoc autem inrationabile nullum organum ipsis dedisse naturam ad motum nichil enim ut contingit facit natura neque de animalibus curasse. Sic autem preciosa despexisse sed videtur quemadmodum studiose tamen enim ferre omnia per que contingebat procedere per se ipsa et que plurimum distant ab habentibus organa ad motum. Propter quod et rationabiliter totum celum spericum esse et unumquodque astrorum ad enim enim quidem qui in ipso motum spera figurarum maxime utilis. Sic enim utique et velocissime movebitur et maxime retinebit sui ipsius locum. Ad eum autem qui in ante in expeditissima. Propter quod simplicibus motum per se ipsa nichil enim deterius habet neque unum ens sicut rectilineum sed plurimum distat a figura processionum corporum. Quoniam igitur oportet celum quidem moveri eo qui in ipso motu. Alia autem astra non procedere per se ipsa rationabiliter utique utrumque erit spericum. Sic enim utique maxime hoc quidem movebitur hoc autem quiescet.

Manifestum autem ex hiis quoniam et dicere quod fit latorum armonia tanquam consonantibus factis sanis levius quidem tamen est et superfluus adiacentibus. Non est sic habet veritas. Videtur autem quibusdam necessarium esse tantis latis corporibus fieri sonum quoniam et hiis que apud nos neque moles habentibus equales neque sine velocitate latis. Solis et lune celo habere et tantorum multitudinem astrorum velocitate tali latione impossibile non fieri sonum difficile quantum magnitudinem suspondentes

autem hec et velocitates ex elongatio
nibus habere consonantiarum rationes ar
monicam dicunt fieri vocem latorum
in circuitu astrorum. Quoniam autem
irrationabile videtur non coaudire nos
vocem hanc. causam huius dicunt esse genitis
confestim existere sonum. quare non
permanifestum esse ad contrarium silentium. ad invi
cem enim vocis et silentium esse diiudica
tionem. Itaque quemadmodum eris malleatoribus
propter consuetudinem nichil videtur differre
et hominibus idem accidere. hec autem
quemadmodum dictum est prius allicienter quidem
dicuntur et musice. Impossibile autem hunc habere
modum. Non enim solum nichil audire
inconveniens de quo solvendi assumunt
causam. Sed et nichil pati sine sensu excellen
tes enim soni destruunt et inanimatorum
corporum moles. quia tonitrui dissipat
lapides et durabiliora corporum. tantis
autem latis et sono pertranseunte
ad eam que fertur magnitudinem
multo magis necesse pertingere huc et
valitudinem intolerabilem esse mole
ciei. Sed rationabiliter neque audimus neque pacientia
videntur corpora molestiam nullam per
passionem propter non sonare. Simul autem
causa et causa horum manifesta et testimoni
um dictorum nobis sermonum quod sunt vi
dubitatum. enim faciens pictagoricos
dicere fieri simphoniam latorum nobis
erit argumentum. Quecumque enim in lato fixa
sunt aut existunt quemadmodum
in navi partes non possibile est so
nare. Neque rursus navem si feratur
in fluvio. Quamvis eisdem rationibus utique dicere
habebit quod inconveniens si non quod fertur
malus et puppis facit sonum multum
tante navis aut remum ipsa navis
mota. Quod autem in non lato fertur facit
sonum. In lato autem continue et non fa
cienti plagam impossibile sonare. Quare

quod enim fertur se ipsa feruntur facit sonum et plagam quare

hic dicendum quod si quidem ferebantur corpora horum
sive in aeris multitudinem expansa per totum
sive ignis quemadmodum omnes necesse facere super
excellentem magnitudinem sonum. Sed et facto
et huc pertingere et incidere itaque quoniam non videtur et pertin
sed acciderit neque utique animata neque violenta
fertur latione nullum ipsorum velut fu
turum previdente natura quoniam non sic motu se
habente motum nichil utique erat esse huic
locum similiter. habuisse quod quidem igitur spherica sint
astra et quod non moventur per se ipsa
dictum est.

De ordine autem ipsorum quomodo quidem
singula ponuntur in hoc quidem
esse priora hec autem posteriora et quomodo
se habent ad invicem elongationibus.
ex his que circa astrologiam considerentur
dicitur. enim sufficienter. accidit autem secundum rationem
fieri unicuiusque motus elongationibus propter hos
sum ferri velocius. utrumque propter hoc
et ad hoc quoniam determinatum est prius
quoniam plures simplices motus palam
quod impossibile unum esse elementum.
Quoniam autem neque infinita neque unum
plura necesse est esse et finita. Con
siderandum autem primum. utrum sempiter
na sint aut generata. hoc enim osten
so manifestum et quanta quedam et
aliqua sunt. Sempiterna quidem
igitur esse impossibile. Videmus enim et ignem
et aquam et unumquodque simplicium
corporum resolutum. Necesse autem

infinitam esse aut stare resolutionem.
Si quidem igitur infinita erit et
erit aut resolutionis infinitum et
iterum compositionis utrumque. in alio tempore
dissolvitur et componitur. Primum
continue accidet extra infinitum
tempus aliud esse infinitum. Cum tempus
compositionis infinitum sit, et adhuc prius
hoc quod dissolutionis. Quare extra infinitum
esse infinitum quod quidem impossibile. Si autem
stabit alicubi dissolutio, aut
indivisibile erit corpus in quo stat,
aut divisibile quod non tamen dividetur
quod quidem videtur Empedocles
velle dicere. Indivisibile quidem
igitur non erit propter prius dictas rationes
sed tamen neque divisibile quod numquam
dissolvetur. Minus enim corpus maio-
ri facilius corrumpi possibile. Si quidem et
quod multum corrumpitur secundum hanc corrup-
tionem ut corrumpatur in minora, adhuc
ei magis hoc pati rationabile minimum.
Duobus autem modis videmus corrum-
pi ignem. et a contrario enim corrumpitur
extinctum. et ipsum in se ipso marces-
cens. Hoc autem patitur minor a plu-
ri. et velocius quanto utique sit minus.
Itaque necesse corruptibilia et generabi-
lia esse elementa corporum. Quoniam autem sunt
generabilia aut ex non corpore aut
ex corpore erit generatio. Et si ex corpore
aut ex alio aut ex invicem. Si ergo
ex corpore quidem igitur generans sermo
facit generatum vacuum. Omne enim
quod fit aut sine corpore erit in quo
generatio, aut habebit corpus et si quidem
habebit corpus. duo simul erunt
corpora in eodem quod quidem fit et quod
preexistens si autem sine corpore necesse
vacuum esse separatum. Hoc autem quod impossibile
ostensum est prius. Sed adhuc
neque ex corpore aliquo contingit fi-

ḡsmor

elementa accidet. Nullo enim corpore prius existente
elementis. Hoc autem si quidem habebit gravita-
tem aut levitatem. elementorum erit
quoddam. nullam autem habens inclinationem
immobile erit et mathematicum. tale autem
ens non erit in loco. In quo enim
quiescit, in hoc et moveri possibile. Et
si quidem per violentiam. si quidem secundum naturam. Si quidem
igitur erit in loco et alicubi erit quoddam
elementorum. Si autem non in loco, nichil ex
ipso erit quod enim fit et ex quo fit necesse
simul esse. Quoniam autem neque ex non corpore
fieri possibile neque ex alio corpore, relinquitur
ex invicem fieri. Iterum considerandum quis
modus eius que ex invicem generatio-
nis. utrum ut Empedocles dicit et De-
mocritus aut quicumque in superficies resol-
ventes aut est alius quidam modus
ab hiis. Eos quidem igitur et Empedo-
clem et Democritum latent ipsi seipsos
non generationem ex invicem facientes, sed
apparentem generationem. Inexistens enim
utrumque segregari inquiunt tanquam
utique ex vase generatione existente, sed non
ex quodam materia fieri transmutata. Deinde
inde et sic nichil minus irrationabi-
lia que accidunt. Eadem enim magni-
tudo non videtur compressione fieri gra-
vior. Necesse autem hoc dicentibus
segregari aquam ex aere existentem. cum
enim aqua ex aere fiat gravior est. Adhuc hoc
autem mixtorum corporum non necesse
separatum alterum semper amplius locum
optinere. cum autem ex aqua aer fiat
maiorem occupat locum. Quod enim
subtilius [illegible] prius in ampliori
loco fit. Manifestum autem hoc et in permu-
tatione vaporante enim et inflammes-
cente humido rumpuntur continentia
moles vasa propter coartationem. Quare
si quidem totaliter non est vacuum neque ex-
tenduntur corpora quemadmodum autem hoc di-

tes. Similiter quod impossibile. Si autem et
vacuum et extensio irrationabile
et erit semper in pluri locum occupare
quod separatur. Adhuc autem et deficere
etiam que ex invicem generatione si quod
in magnitudine finita non insunt
infinita finita. Cum enim ex terra aqua
fiat ablatum est aliquid terre. Si quidem secundum
segregationem generatio et iterum ex relic-
to sibi. Si quidem igitur semper sic erit actio
in finito infinita inest. Quoniam autem et
hoc impossibile, non utique semper fient ex
invicem. Quod quidem igitur non erit segrega-
tione que invicem generatio dictum est.
Relinquitur autem ad invicem transmuta-
tione fieri. Hoc autem dupliciter aut enim
transfiguratione quemadmodum ex eadem
cera fiet utique spera et cubus aut reso-
lutione ea que ad superficies quemadmodum
quidam aiunt. Si quidem igitur transfigurare
aut accidit ex necessitate indivisibilia
dicere corpora. Divisibilibus enim entibus
non erit ignis pars ignis neque terre terra
propter esse semper pyramidem neque cubi cubum.
Si autem superficierum resolutione primum
quidem inconveniens non omnia generare
ex invicem quod necesse dicere ipsis et dicunt.
Neque enim rationabile unum solum ex pars
fieri esse transmutationis neque videtur
secundum sensum sed similiter omnia transmuta-
re ad invicem. Accidit autem de
apparentibus dicentibus non consona
dicere apparentibus. Hoc autem causa non
bene sumere prima principia sed omnia
velle ad quasdam opiniones determina-
tas reducere. Oportet autem forte sensi-
bilium quidem sensibilia. Sempiternorum
autem sempiterna. Corruptibilium
autem corruptibilia esse principia.
Totaliter autem omogenea supponen-
tibus. Hii autem propter horum amorem idem fa-
cere videntur hiis qui ponentes
in sermonibus servant. Omne enim sustinent
accidens tanquam quedam vera habentes principia
tanquam nullum oportunum iudicare ex
evenientibus et maxime ex fine.
Finis autem factive quidem scientie opus illius
autem quod videtur semper principaliter secundum
sensum. Accidit autem ipsis maxime
terram esse elementum et solam esse corruptibi-
le. Si quidem indissolubile et incorruptibi-
le quod et elementum terra enim sola indissolubilis
in alio corpore. Sed ad hec neque in resol-
ventibus triangulorum permissio red-
ditur. Accidit autem et hoc in ea que ad invi-
cem transmutatione propter ex inequalibus
multitudinem consistere triangulis. Ad-
huc autem necesse hiis dicentibus corpus
ex non facere generationem. Cum enim ex super-
ficiebus fiat non ex corpore erit factum.
Ad hoc autem necesse non omne corpus
dicere divisibile sed oppugnare certissi-
mas scientias. Etenim intelligunt quidem
accipiunt et divisibile mathematice. Hii
autem neque sensibile omne suscipiunt
propter velle salvare suppositionem. Quecumque
enim quidem figuram faciunt unius-
cuiusque elementorum. Et hac determinant substantias ipsorum
indivisibilia facere ipsa pyramidem
hii autem speram dicunt aliquali enim erit
quod relinquitur spera aut pyramis. Quare
necesse ignis pars non ignis sed erit aliquid
prius elementorum propter omne esse aut elementum aut
ex elementis aut non omne corpus divi-
sibile. Totaliter autem sensibile.

Temptare simplicia corpora
figurare irrationabile est primum quidem
quoniam accidit non repleri totum in planis
quidem enim tres figure videntur implere
locum, trigonum et tetragonum
exagonum. In solidis autem duo so-
lum pyramis et cubus. Adhuc autem
plura horum similiter propter plura elementa facere
deinde videntur omnia quidem simpli

cia corpora figurata continente loco maxime autem aqua et aer. Propter ea quidem que elementa corpus ipsius loci. Non enim utique assequerentur ubique continentis totum. Sed adhuc autem transmutata non amplius erit aqua si figura differebant, itaque manifestum quoniam non sunt determinate figure ipsorum. Sed videtur natura ipsum hoc significare nobis quod est secundum rationem. Quemadmodum enim in aliis sic subiectum informe et amorphum esse maxime enim utique sic poterit adaptari, quemadmodum in Thimeo scriptum est esse recipiens. Sic et elementa et oportet putare quemadmodum materiam esse compositis propter quod et possunt transmutari adinvicem separatis hiis que secundum passiones differentiis. Amplius autem qualiter contingit facere carnem et os aut quodcumque corpus continuorum? Neque enim ex ipsis elementis contingit propter non fieri continuum ex compositione, neque ex superficiebus compositis; elementa enim generantur compositione et non que ex elementis. Amplius si quis certe loqui voluerit et non ex transumptione rationes suscipere, elementa ipsos ostendentes videbit generationem existentibus. Sed ad hoc et ad passiones et virtutes et motus incongrue figure corporibus, alio que maxime respicientes sic distribuerunt, puta quoniam ignis facile mobilis et calefactivus et ustivus sit, hii quidem fecerunt ipsum speram, hii autem pyramidem. Hec enim maxime facile mobilia quidem propter minima tangere et nequaquam firmiter iacere. Maxime autem calefactiva et ustiva quoniam hec quidem tota est angulus, hec autem acutissimum angulum. Incendit autem et calefacit angulis autem.

Primum quidem igitur secundum motum uterque peccaverunt. Si enim et sint maxime facile mobilia hec figurarum, sed non ignis motu hec mobilia. Ignis quidem enim sursum et secundum rectum, hec autem facile mobilia eo quod circulationis volutatio vocatur. Si est terra cubus propter firmiter iacere et manere, manet autem non ubique sed in suo ipsius loco, ex alieno enim fertur non prohibita, et ignis autem et alia similiter. Palam quod et ignis et unumquodque elementorum in alieno quidem loco spera erit, autem pyramis, in proprio autem cubus. Adhuc autem si calefacit et ardet ignis propter angulos, omnia erunt elementa calefactiva, magis autem forte alterum altero. Omnia enim habent angulos, puta et quod octo basium et quod duodecim basium, et pyramis. Democrito autem et spera angulus quidam existens ardet. Amplius differunt eo quod magis et minus. Hoc autem quod erit elementum manifestum. Similiter autem accidet et mathematica corpora ardere et calefacere; habent enim et illa angulos et insunt in ipsis invisibilia et spere et pyramides maxime et si totaliter magnitudine. Si autem hoc quidem hoc autem non, dicendum differentiam, sed non simpliciter dicendum ut dixerunt. Adhuc si quod accendit et ardet ignis autem est spera aut pyramis, necesse quod ardet fieri speram aut pyramidem. Incidere quidem igitur et dividere sic videtur tamquam secundum rationem accidens figure. Ex necessitate autem pyramidem facere pyramides, autem speram speras penitus irrationabile. Et simile quemadmodum si quis dignificet gladium in gladios dividi aut serram in serras. Adhuc autem risibile ad dividendum solum reddere figuram igni; videtur enim magis congregare et continuare quam disgregare. Segregat quidem enim que non eiusdem generis sunt. Congregat

gregat autem que eadem tribus et congregativum
quidem per se est. Contrarie enim et nunc
ignis segregativus autem per accidens. Con
gregans autem maxime separat a
lienum. Itaque quia ad utrumque reddere aut
magis ad congregare ad hoc quidem ca
lidum et frigidum contraria videntur ipsum
reddere frigido figuram. Oportebat
enim contrarium esse assignatum. Nichil autem
contrarium est figure. Propter quod et omnes
derelinquerunt hoc. Et tamen conveniebat quod
omnia coaptare figuris aut nullum.
Quidam autem de illorum ipsius temp
tantes dicere contraria dicunt ipsi sibi ipsis
aiunt enim esse frigidum magnarum
partium propter constringere et non pertransire
per poros. Manifestum igitur quod et calidum
utique erit pertransiens. Tale autem sem
per subtilium partium. Itaque accidit parvitate
et magnitudine differre calidum
et frigidum sed non figuris. Adhuc
autem si inequales pyramides ma
gne erunt utique non ignis neque figura
eius que est ardere sed contrarium eius. Quod igitur
non figuris differunt elementa manifestum
ex dictis. Cum autem propriissime dif
ferre corporum que sunt passiones
et operationes et virtutes unumquodque enim esse
dicimus eorum que natura et operationes et
passiones et virtutes, primum utique
erit de hiis dicendum ut considerantes
hoc sumamus uniuscuiusque ad invicem
differencias.

De gravi et levi quid est utrumque et que natura
ipsorum considerandum et
propter quam causam habent vir
tutes has. Est enim que de ipsis con
templatio hiis que de motu sermo
nibus appropriata. Grave enim et leve in
possibile motum perficere aliqualiter
dicimus, actibus autem nomina ipsorum non
posuerunt nisi si quis putaret ipsum motum
esse elementum. Propter quod autem physicam esse negocium
de motu. Hec autem habent in se ipsis velut
scintillas que motus. Omnes quidem
utuntur virtutibus ipsorum, verumptamen non de
terminaverunt preter pauca. Dicentes igitur
primum ab aliis dicta et dubitantes
que ad considerationem hanc dubitare
necessarium. Sic et quod videtur nobis dica
mus de ipsis. Dicitur autem hoc quidem
simpliciter grave et leve, hoc autem ad al
terum habens. Enim gravitatem dicimus
hoc quidem esse levius hoc autem gravius, puta
lignum eris. De simpliciter quidem igitur dictis
nichil dictum est ab hiis qui prius, de
hiis autem que ad alterum. Non enim dicunt
quid est grave et quid leve, sed quid
gravius et levius et habentibus gravi
tatem. Magis autem erit manifestum
quod dicimus sic. Hec quidem enim semper nata
sunt a medio ferri, hec autem semper ad me
dium. Horum autem quod quidem a medio
fertur sursum dico ferri, deorsum
autem quod ad medium. Inconveniens
quidem non putare aliquid esse in celo hoc quidem
sursum hoc autem deorsum, quemadmodum
quidam dignificant. Non enim esse hoc quidem
sursum hoc autem deorsum dicunt, si
quidem ad omnem partem simile est et undique
antipos erit ambulans unusquisque
ipse ipsi. Nos autem totius extremum
sursum dicimus, quod et secundum positionem est sur
sum et natura primum. Quoniam autem est aliquod
celi extremum et medium, palam
quod erit et sursum et deorsum. Quod
quidem et multi aiunt, verumptamen non
sufficienter. Hec autem causa quia putaverunt
non simile esse undique celum, sed unum
esse solum quod super nos emisperium, quod
quidem existimantes et in circuitu esse
et medium simile, hec ad omnem partem similiter.

li. iiij. de celo et mundo

sursum esse. Quod autem modum dicun-
tur simpliciter quidem quidem bene dicimus quod
sursum fertur et ad extremum. grav-
e autem quod simpliciter deorsum et ad
medium. Alio aliud autem leve et
levius aut duobus habentibus grav-
itatem et molem equalem de-
orsum fertur alterum natura ve-
locius eorum. Itaque qui prius ve-
nerunt ad eam que de hiis con-
siderationem. fere plurimum de sic gravi-
bus et levibus dixerunt
solis quibus ambobus haben-
tibus gravitatem alterum est levius.
Sic autem pertransientes putant
determinatum esse et de simpliciter levi et
gravi. Rationem autem ipsis non congruunt.
palam autem erit hoc magis pro-
cedentibus. Dicunt enim levius et gra-
vius. hii quidem quemadmodum in thimeo
existit scriptum gravius quidem quod
ex pluribus eisdem constitutis levius
autem quod ex paucioribus. Quemadmodum
plumbum plumbo plus gravius et es
ere. Similiter autem et aliorum que eiusdem
speciei unumquodque. In habentibus superabundanciam in
equalium partium gravius unumquodque
est eodem autem modo et ligna plumbum
autem. Ex quibusdam enim eisdem esse
omnia corpora et unius materie alterius inveniri.
Sic autem determinantes non est dicere de
simpliciter levi et levi. semper enim ignis
quidem semper levis et sursum fertur
terra autem et terrea omnia deorsum
et ad medium. Itaque non propter pau-
citatem triangulorum ex quibus
constare aiunt unumquodque ipsorum. Ignis
sursum ferri natus est. Quod
quidem utique enim plus minus ferretur
et gravius utique esset ex pluribus
ens trigonis. Sunt autem videtur
contrarium. quanto enim utique sit plus levius

est. et sursum fertur velocius. et a
sursum deorsum parvum feretur
multus ignis. Multus autem tardius.
Adhuc autem quod pauciora
quidem habens omogenea levius
esse dicunt. plura autem gravius. aerem autem
et aquam et ignem ex eisdem
esse triangulis. hoc differre paucitate
et multitudine. propter hoc quidem ipsorum
esse levius. hoc autem gravius. erit
aliqua erit accidit aerem totum contrarium
semper enim plus aer sursum fertur
magis et totaliter quelibet pars aeris
sursum fertur ex aqua. hii quidem
igitur hoc modo de levi et gravi determina-
verunt. hiis autem non sufficiens
visum est sic distinguere. Sed existentes
antiquiores ea que nunc
etate magis nove intellexerunt
de nunc dictis. videtur enim quedam
mole quidem minorum corporum
entia graviora. palam igitur tamen quod
non sufficiens dicere ex equalibus
componi primis aut eque gravia e-
qualia enim utique essent mole.
Prima autem et indivisibilia
si superficies dicentibus ex quibus
constant gravitatem habencia corpo-
rum inconveniens dicere. Quibus et
solida magis contingit dicere
maius esse gravius ipsorum. Compo-
sitorum autem quoniam non videtur hunc
unumquodque habere modum. sed multa gra-
viora videmus minora mole en-
cia quemadmodum lana. Es alterum causam
putant et dicunt quidam vacuum
enim interceptum alleviare corpora
aut et facere esse quoniam maiora le-
viora. plus enim habere vacuum. propter hoc
enim et mole esse maiora composita
multociens ex equalibus solidis
et minoribus. Totaliter autem et omnis

quantum esse leviores. plus in esse vacuum dicunt quidem igitur hoc modo. Adhuc autem apponere sic determinantibus non solum vacuum. Sed habere plus, si sit levius. Sed et solidum minus. Si enim excedat tali analogia non erit levius propter hoc. Id est et ignem esse aiunt leviorem quia plurimum habet vacuum. Accidet igitur modico igne multum aurum plus habens vacuum esse levius. Si non solidum habebit multo plus. Oportet hoc dicendum. Quidam igitur non dicentium esse vacuum determinaverunt nihil de levi et gravi, puta Anaxagoras et Empedocles. Quidam autem determinaverunt quidem non dicentes autem esse vacuum. Nihil dixerunt propter quod hoc quidem simpliciter leve, hoc autem grave corporum et fertur hoc quidem semper sursum, hoc autem deorsum. Adhuc autem esse eo quod quaedam maiora mole entia leviora minoribus sunt corporibus nihil recordati sunt nec manifestum qualiter ex dictis consequentia apparentibus accidet dicere ipsos. Necessarium autem et de ignis levitate dicentibus multum vacuum habere ferre in easdem detineri difficultatibus. Similiter quidem enim habebit solidum aliis corporibus et vacuum plus. Sed tamen erit quaedam ignis multitudo in quo solidum et plenum excedit contenta solida in quadam modica multitudine terre. Si autem dicunt esse vacuum, quomodo determinabunt simpliciter grave? Id est aut quod plus solidis habere aut paucius vacuum. Si quidem igitur hoc dicunt, erit quaedam multitudo terre sic pauca in qua solidum erit minus quam in magna multitudine ignis. Similiter autem et vacuo determinaverunt erit aliquod levius simpliciter levi et lato semper sursum quod fertur semper deorsum. Hoc autem impossibile. Simpliciter enim leve semper levius. Non semper leve propter dictum et in habentibus gravitatem alterum altero levius puta terra aqua. Sed adhuc neque vacuum analogum habere ad plenum sufficiens solvere dictam nunc dubitationem. Accidet enim et hoc modo dicentibus similiter impossibile. In pluri enim igne et minori eandem habebit rationem solidum ad vacuum. Fertur velocius maior sursum ignis minore et deorsum autem similiter magis aurum et plumbum. Similiter autem et aliorum unumquodque habentium gravitatem. Non oportebat autem hoc accidere sic quidem hic determinata sunt grave et leve. Inconveniens autem et si propter vacuum quidem sursum fertur corpus autem vacuum ipsum non. Sed et si vacuum quidem sursum, vacuum est ferri deorsum autem plenum et propter hoc aliis causa lationis utrumque nihil de contrariis oportebat intendere propter quid hoc quidem levia, hec autem gravia corporum, sed de hiis ipsis dicere propter quod hoc quidem leve, hoc autem habet gravitatem. Adhuc autem quid causa non distare plenum et vacuum. Irrationabile autem et regionem vacuo facere tamquam non ipsum regio quaedam existens. Necessarium autem si quidem movetur vacuum esse ipsius quandam locum ex quo transmutat et in quem. Ad hoc autem que motus causa. Necessarium enim utique vacuum. Non enim ipsum movetur solum, sed et solidum. Similiter autem accidit et utique si quis aliter determinat magnitudine et parvitate faciens graviora et leviora alterum alteris et alio quocumque modo assignans. Solam autem eandem materiam omnibus reddens aut plures quidem contrarias aut solum unam quidem enim existente non erit simpliciter grave et leve quemadmodum ex trigonis

ostituentib; otrias aut quas qui
nacu et plenu no enic in media
simplr leuiu z grauiu pp qui cam
grauiora et leuiora i mcem z cor
que simplr sunt. Magnitudine
aute et pluritate deficiente ficta assi
liatur maxime coru que paruis.
Os aut oueio sm unumqz facere
differias mr elor sunt hr ad eas
que an dubones unu aut facere
natura magnitudine differencia
uni ncem h ipsm accide inicium fa
cientibus materiam et nz simpli
ce mch leue nz latu sursu sz aut
deficiens aut extrinsim z multa
plura paucis magis grauiora ee
sz autem h erit accidere mstam
aerem et mstu ignem aqua ee
grauiorem et tra pauca h aut est
ipossibile que quis g ab aliis
dca h z hec dni: h modo.

Nos aut dicim primu determi
nares de quo maxie dubi
tauit quida pp quid. h quis sur
sum ferunt h autem deorsum
corporu sp sm naturam h ee et
sursu et deorsu. Pt h aut de gra
ui et leui et accidentib; ce h pas
sionib; pp qui cam unumqz sic de
ferri quid g in eu qui ipi locu
unumqz. Silr existiandu quo m
et ce alias gnones. C. m. n. sut
tres motus. hic quid sm magni
tudinem h aut sm spem h aut
sm latu in uno quoz horu tulsm
utacom uidem sem z gnus ad
gria et i media et no in otigens
a otingente. Sz ut altibile et
augmtabile altm sic et altea ti
ment et augmntatiuu. Eod aut
tu existiandu et q sm latum
mobile et motiuu quis q gnus
no otingens ee otingentis. Si g
ad sursum et deorsum motiuu
quis q gnat factiuu z leuifac
tiuu mobile aut q potencia
graue et leue. In eum autem
qui sui ipius locu ferri unumqz
ad sui ipi locu ferri unumqz ad
ad sui ipi spem e fri z sic mag
uez quis existimabit q dicebant
antiqui q sile fertur ad sile. h. n.
non accidit semp no. n. si quis tur
ponat tram ii nuc luna feret
pruu unaqz ad ipam. Sz ubi quid
et nuc totalr quis g illis; et
differentib; ab eod motu. Sic ee h ac
cidere. Itaqz ubi natu est una ali
qua oferri pticula et totu. Cu mia
locus e otinentis tminus otinet
aut oia que mouentur sursu et
deorsu extremuqz et mediu h a
m quoda fit spes otempti ieu
qui ipius locum ferri ad simile
e ferri que ei deinceps silia sut
inuicem puta aqua aeri et aer
igni. Similia sut eci aut dre
niconis e extremis aut n puta
aerem quid a que aqua aute
tre. Semp enim q sinus ad id q
sub ipso ut spes ad materiam sic
hnt ad inuicem queit aut pp
quid fertur ignis sursu z tra
deorsum ide est. Et pp quid sa
nabile si moueatur z tra sinu;
sm q sanabile i sanitatem ueit
h non i albedinez. Silr autem
et oia alia alterabilia. Sz ad huc
et augibile otmittetur sm q
augmntabile no in sanitatem
uenit. Si i magnitudinis excel
sum. Silr aut et horu unuqdqz
h quid in qualit. h aut inquito
transmutat et in loco q quid

leuia sursum que a grauia deor-
sum. Et si quia hoc quidem in se ipsis
inuenitur hoc principium transmuta-
cionis. Dico autem graue et leue,
hoc autem non, sed ab extra puta
sanabile et augmentabile. Quamuis
quandoque et hoc ex ipsis transmutatur et
paruo facto in hiis que extra motu
hoc quidem in sanitatem venit, hoc autem
in augmentum. Et quoniam idem quod sana-
bile et quod languoris susceptiuum.
Si quidem moueatur secundum quod sana-
bile, in sanitatem fertur; si autem
secundum quod infirmitatis susceptiuum,
ad infirmitatem. Magis autem
graue et leue horum in se ipsis
hec inuenitur principium habere propter propinqu-
issima substantie esse horum materiam. Si-
gnum autem quia latio absolutorum
est et generatione ultimus motuum. Quare
primus utique erit et secundum substantiam hic motus.
Cum igitur fiat ex aqua aer et
ex graui leue, venit in superius. Simul
autem et leue est, et non amplius fit, sed ibi
est. Manifestum utique quod potentia ens in actum
iens venit illuc et ad tantum et
tale ubi entelechia et quantitas et
qualitas et ubi. Eadem autem causa et
eius quod iam existencia et entia terram
et ignem moueri in ea que
ipsorum loca nullo impediente. Et enim
nutrimentum cum prohibens et sana-
bile cum retinens non sit fertur
confestim. Mouet autem et quod a
principio fecit et impedimentum remo-
uens et unde resiliuit, quemadmodum di-
ctum est in primis sermonibus in quibus
determinauimus autem nichil horum se ipsum
mouet. Propter quid igitur quidem fertur
latorum unumquodque et ferri in suum ipsius locum quid
Differentias autem et dictum est.
accidentia circa ipsa nunc dica-

mus. Primum quidem igitur determinatum sit
quemadmodum videtur omnibus graue quidem simplici-
ter quod omnibus substat, leue autem quod omnibus
supereminet. Simpliciter autem dico in
genus respiciens et quibus utrisque non
ambo existunt; quale videtur igne
quod quecumque magnitudo sursum lata
si non existat prohibens aliud fit
autem deorsum. Eodem autem modo et ve-
locius quod plus. Aliter autem graue
et leue quibus ambo existunt.
Et enim superferuntur quibusdam et sub-
stant quemadmodum aer et aqua. Simpliciter
quidem enim neutrum horum leue aut
graue. Terra quidem enim ambo leuiora,
supereminet enim ipsi quecumque ipsorum quantitas
utique sit particula ad se ipsa. Simpliciter hec
quidem graue, hec autem leue. Aer quidem
enim quantuscumque utique sit aeri substat.
Omnium autem et aliorum hoc quidem habet gra-
uitatem, hoc autem leuitatem manifestum
quod horum quidem causa omnia ne in oppositis
omnia secundum enim illa contrarium. Hec quidem plus
habet, hec autem minus. Erit hec quidem leuia
hec autem grauia corporum. Quare de aliis
illis dicendum. Alia ei sequuntur prima quod quidem
dicebamus oportere facere et propter plenum
graue dicentes et propter vacuum leue
accidit utique non ubique hec contraria inueni-
ri esse et leuia propter priorum dictam dico autem
puta in aequali aere quidem grauius erit
tale lignum plumbo unciato. In aqua
autem leuius. Causa autem quod omnia gra-
uitatem habent preter ignem et hec
leuitatem. Aquam autem ubique quam preter terram
aerem autem preter aquam in aqua et terram.
In ea que ipsius regione omnia gra-
uitatem habent preter ignem et aer.
Signum autem quod trahit plus instantis
uter vacuus. Iterum si aeris habet
plus quam terre et aque, in aqua quidem
contingit leuius esse, quodam in aere autem

graui aeri quod scilicet non sunt fertur a
que autem sursum fertur. Quoniam autem est
simpliciter leue et simpliciter graue ex hi
is est manifestum. Dico autem simpliciter le
ue quod semper sursum et simpliciter leue. Gra
ue autem quod semper deorsum natum
ferri non prohibitum. talia enim sunt. et
non quemadmodum putant quidam omnia
habere grauitatem. Graue quidem enim
videtur quibusdam esse et aliis et semper
ferri ad medium est autem similiter et
leue videmus enim quemadmodum dictum est pri
us. quoniam terrea omnibus substant et feruntur
ad medium. sed et determinatum est medi
um. Si igitur est aliquod quod omnibus superfertur
quemadmodum videtur ignis et in ipso ae
re sursum latus. aer autem quies
cens. palam quod hoc fertur ad extre
mum. Quare grauitatem nullam po
ssibile est habere ipsum. Substaret enim
utique alii. Si autem hoc erit utique ad
aliud quod fertur ad extremum quod omnibus
latis superfertur. Nunc autem nullum vi
detur. Ignis igitur nullam habet graui
tatem. neque terra leuitatem neque unam
Si quidem substat omnibus et quod substat
fertur ad medium. Sed ad hoc quod est
medium ad quod latio habentibus graui
tatem et a quo leuibus manifestum
ex multis. primum quidem quod si infinitum
non contingit ferri nichil quemadmodum
enim non est nullum impossibile fit neque sit lato
autem grauis utrique. deinde ad similes
videtur angulos ignis quidem sursum
latus terra autem deorsum et omne
grauitatem habens. Quare necesse ferri
ad medium. hoc autem utrum accidit ad
terre medium aut ad totius quod est aliis
sermo. Quoniam autem omne substans
ad determinatum fertur ad medium. similiter omnibus
que superfertur ferri ad extremum re
gionis in qua faciunt motum

contrarium enim medium extremo. substans
autem superferenti propter quod et rationabiliter
graue et leue duo sunt. Et enim
loca duo quod medium et quod extremum
est autem et intermedium horum quod et ad
utrumque ipsorum dicitur alterum est enim ut extremum
et medium quod amborum est intermedium
propter hoc est aliquod et aliud graue et leue
puta aqua et aer. Inquimus autem
continens speciei esse. Contentum autem
materie. Est autem in omnibus generibus
eadem distinctio. Et enim in quali et in
quanto est hoc quidem ut species magis hoc
autem ut materia. et in hiis que secundum
locum similiter. quod quidem sursum determinati
quod autem deorsum materie. Quare
in ipsa materia ea que grauis et leuis
in quantum quidem tale potentia
et grauis materia in quantum quidem tale
leuis. Et est quidem eadem esse autem corpus
quemadmodum et langoris susceptibile
et sanabile esse autem non idem propter quod
quidem neque infirmabili esse aut sana
bile tale quod quidem igitur talem mate
riam leue et semper sursum contrariam
autem graue et semper deorsum. Quod
autem alteras quidem horum habentes sic
sic ad inuicem ut hec simpliciter et de
orsum. Et sursum latas propter quod quidem
aer et aqua habent et leuitatem et
grauitatem utrumque et aque quidem
preter quam terram omnibus substat. aer autem
preter quam ignem omnibus superfertur.
Quoniam autem est unum solum quod omnibus
superfertur et unum quod omnibus substat
necesse duo alia esse que et substant
cuidam et superferuntur cuidam.
Quare necesse et materias esse tantas
quantas quidem hec quattuor. Sic autem quattuor
ut unam quidem omnium communem aliterque
si fiunt ex inuicem. sed esse alterum. Nichil
enim prohibet contrariorum esse intermedium et

unum et pluria secundum in celoribus. In ea quidem igitur que ipsius regione habencium gravitatem et levitatem unumquodque habet gravitatem terra autem in omnibus levitatem autem non habet nisi in quibus superfertur. propter quod et subdistractis quidem fertur in eam que deinceps deorsum aer quidem in eam que aque regionem aqua autem in eam que terre sursum autem in eam que ignis diviso igne non fertur aer nisi vi secundum et aqua trahitur cum fiat superficies una et velocius trahat quis sursum lacione quam fertur aqua deorsum. sed aqua in eam que aeris non ut nunc dictum est terram et hec non patitur quoniam non una superficies propter aquam quidem in vas igneum quod distrahitur aqua terra autem non. Secundum autem nec terra sursum nec ignis deorsum fertur sublato aere. Nullam enim habet gravitatem nec in ea que ipsius regione secundum nec terra levitatem. feruntur autem deorsum duo subdistractis. Omnino hoc quidem simpliciter grave est quod omnibus substat hoc autem ad ad grave eius in eam que ipsius regionem aut quibus superfertur propter similitudinem materie. Quoniam autem necesse facere equales differentias ipsis materiis. Si quidem enim una materia unum omnium puta aut vacuum aut plenum aut magnitudo aut trianguli aut omnia sursum aut omnia deorsum ferentur altera autem lacio non erit. Iterum aut leve nichil erit simpliciter. Si omnia declinant et magis ex eo quod in maioribus sive corporibus aut ex pluribus aut quod plena. hoc autem videmus et observatum est quod similiter deorsum quod semper et ubique fertur et sursum. Si autem vacuum aut aliquid tale quod semper sursum non est

quod semper deorsum et in medio dicere utique essent ea erunt deorsum. Et in medio dicere utique velocius fiet. In medio enim aere trianguli plures aut solida aut puta erunt. Non videtur autem neque una particula aeris deorsum lata. Similiter autem et in levi. Si illud faciat aliquis superhabundare materia. Si autem duo in medio quomodo erunt facientia que faciunt aer et aqua puta si quis dicat esse vacuum et plenum. Ignem quidem igitur vacuum propter quod sursum terram autem plenam aquam propter quod deorsum aerem autem plus igne hec autem terra erit enim quedam aqua que plus habebit ignem pauco aere. Et aer multe pauca aqua terram plurem. Quare oportebit aeris quandam multitudinem velocius ferri deorsum aqua pauca. Hoc autem non videtur neque quoniam nusquam. Necesse igitur secundum ignem sursum quod talis habet puta vacuum. alia autem non et terram deorsum quod plenum habet et aerem in eum quod ipsius et superferri aqua. quoniam tale aliquid habet et aque deorsum. quod tale aliquid. Si autem erit unum ad ambo aut duo. ambo autem duo existit utrique erit aliqua multitudo utriusque que excedit aqua quidem aere pauco ad sursum. Et aer aqua ad deorsum secundum dictum est multotiens. Figure autem non causa eius quod est ferri simpliciter aut deorsum aut sursum. sed eius quod velocius aut tardius. propter quas autem causas non difficile videre. Dubitatur enim nunc propter quid lata ferrea et plumbum ampliusque in aqua alia autem minora et minoris gravitatis si sic rotunda aut et longa puta acus deorsum feruntur. et quod quedam propter parvitatem amplius et alia terra et pulvera utique in aere. de hiis autem omnibus putare quidem tantum esse secundum Demo

capitulum ultimum

citatis non recte habet. Ille enim inquit ele-
vata caliditate ex aqua sursum pel-
lere lata habentium gravitatem, ibi ve-
ro autem decidere parva enim esse
quae pulsantia ipsis. Oportebat autem
in aere adhuc hoc magis facere
quemadmodum instat. Et ille ipse hoc istis
solvit debiliter. Aer enim non in unum
impetum facere sursum dicens sursum
motum eorum quae sursum feruntur
corporum. Quoniam autem sunt haec quidem
facile divisibilia continuorum haec autem
minus et divisiva autem eodem modo
haec quidem magis haec autem minus has esse
putandum causas. Facile divisibile quidem
igitur quod bene terminabile et magis quod magis.
Aer autem magis aqua talis, a-
qua autem terra et minus. Utique in
unoquoque genere magis de facili di-
visibile et distrahitur facile hu-
jusmodi. Quidem igitur latitudinem habentia manen-
tia continentiae supernatant propter non distra-
hi quod non plus de facili. Contraria
autem habentia figuris propter parva
comprehendere feruntur deorsum propter
dividere facile, et in aere multo magis
quanto magis de facili divisibilis a-
qua est. Quoniam autem gravitas habet
quandam virtutem secundum quam fertur
deorsum et continua ad non di-
strahi, haec itaque ad invicem oportet.
Si enim excedat virtus gravi-
tatis eam quae in continuo
ad distractionem et divisionem,
transibit deorsum velocius. Si
autem debilior sit, supernatabit.
De gravi quidem igitur et levi et de
ipsis accidentibus determinatum sit
nobis hoc modo. De generatione autem et cor-
ruptione eorum quae natura fiunt et corrumpuntur.

De generatione autem et
corruptione natura
generatorum et cor-
ruptorum similiter
de omnibus et causas di-
videndum et rationes
eorum determinandum.
Amplius de alteratione et augmenta-
tione quid utrumque existimandum
vel suscipiendum eandem sit esse natu-
ram alterationis et generationis aut se-
paratam ut determinata sunt et nominibus.
Antiquorum ergo igitur hii quidem vo-
catam simplicem generationem alteratio-
nem esse inquiunt, hii vero aliud generatio-
nem et aliud alterationem. Quicumque igitur
unum aliquid esse omne dicunt et omnia
ex uno generant, hiis quidem utique
necesse generationem alterationem dicere et quod
principaliter fit et alterari. Quicumque
autem plures materias unam po-
nunt ut ponit Empedocles et Ana-
xagoras et Leucippus hiis autem aliud.
Sed tamen Anaxagoras propriam vocem
ignoravit. Dicit enim quod fieri et destrui
idem existit alterari, multa autem
dicit elementa quemadmodum et alii. Empe-
docles enim corporalia quidem quatuor, omnia
autem cum moventibus sex numero, Anaxa-
goras quidem infinita. Et Leucippus
et Democritus hii quidem omoiomera
elementa ponit ut puta os et carnem
medullam et alia quorum unicui-
que sinonima pars est. Democri-
tus autem et Leucippus ex corporibus indivisi-
bilibus haec alia componi inquiunt,
haec infinita et multitudine et mor-
phea esse; illa autem ab illis dif-
ferunt hiis ex quibus sunt et positione
et ordine horum. Contrarie autem videntur
dicentes qui circa Anaxagoram eis qui circa
Empedoclem. Hii quidem enim dicunt

ignem et aquam et aerem et terram esse elementa .iiii. et simplicia et elementa magis esse quam carnem et os et talia similium partium. hii vero dicunt hec simplicia et elementa terram autem et ignem et aerem et aquam composita pansperma esse horum. his quidem igitur omnibus qui ex uno omnia constituunt necesse dicere generationem et corruptionem alterationem. semper enim manere subiectum unum et idem. tale autem alterari dicimus. hiis autem qui genera multa faciunt differre generationem ab alteratione. convenientibus enim et dissolutis generatio contingit et corruptio. ideo dicit et Empedocles quoniam nullius est sed solum mixtura et segregatio mixtorum. Quod quidem igitur proprius hic sermo eorum suppositioni ita loqui manifestum est et quoniam dicunt sic. necesse est autem et hiis alterationem esse aliquid dicere preter generationem. impossibile tamen secundum que ab eis dicuntur. Hoc autem quod dicimus recte facile est intueri. quemadmodum enim videmus quiescente substantia transmutationem fieri secundum magnitudinem que vocatur augmentatio et diminutio sic et alterationes. sed tamen ex quibus plura principia facientes uno impossibile alterari. passiones enim secundum quas contingere dicimus hec elementorum sunt. dico autem calidum frigidum album et nigrum siccum humidum. molle durum et aliorum unumquodque ut et ait Empedocles solem quidem album videre et calidum omnino. ymbrem vero aquam in omnibus nigrum frigidum et nebulosum. similiter autem definit et de reliquis. quare si non possibile ex igne fieri aquam neque ex aqua terram neque ex albo nigrum erit aliquid neque ex

molli durum. eadem autem ratio et de aliis. hoc autem erat alteratio. autem et manifestum quoniam unam semper contrariis supponendum materiam sive transmutentur secundum locum sive secundum augmentationem et diminutionem sive secundum alterationem. amplius autem similiter necesse est esse hoc et alterationem. si enim alteratio est et subiectum unum elementum et una omnium materia habentium ad invicem transmutationem et si subiectum unum est alteratio est. Empedocles quidem igitur videtur contraria dicere et ad apparentia et sibi ipsi ipse. simul autem non dicit alterum ex altero fieri elementorum nullum. sed alia omnia ex hiis. similiter autem quando in unum congregat omnem naturam preter litem. rursum unumquodque ex uno fieri quare si ex uno aliquo manifestum quoniam differentiis quibusdam divisum et passionibus factum est. hoc quidem aqua. hoc autem ignis quemadmodum dicit solem quidem album et calidum et leve terram autem et grave et durum. ablatis igitur hiis differentiis sunt enim ablate generatis hiis. demonstratum autem fieri genite manifestum quoniam necesse fieri et aquam ex terra et terram ex aqua. similiter autem et aliorum unumquodque non tunc solum sed nunc transmutantia passionibus. sunt enim ex quibus dicit Empedocles posse advenire et separari rursus et maxime adversantibus ad invicem amicicie et lite. ideo et tunc ex uno generata sunt. non enim utique ignis et terra et aqua entia unum erunt omnia. Incertum autem et utrum principium eis ponendum multa aut unum. dico autem ignem et terram et similia horum. Secundum id enim quod ut materiam supponitur id ex quo transmutantia per motum fiunt ignis et terra et aqua unum elementum. Secundum id autem quod quidem hoc ex compositione fit convenientibus illa

aut ex dissolutione magis esset contingere.
Illa et prima naturarum.

Universaliter iterum de generatione et corruptione simpliciter dicendum
utrum est aut non est et quomodo est et de
aliis simplicibus motibus, puta
ut augmentatione et alteratione.
Plato enim igitur solum de generatione scrutatus
est et corruptione quomodo existit
in rebus et de generatione non omni, sed de
elementorum; quomodo autem carnes
fiant aut ossa aut aliorum quidquam
talium nichil amplius; neque de alteratione
neque de augmentatione quomodo insunt
rebus. Universaliter autem extra ea
que secundum superficiem de nullo aliquid
consideravit preter Democritum. Hic autem
videtur quidem de omnibus curam habere. Iam
autem in quali et quomodo differt de augmentatione
alteratio nullus quidem determinavit,
ut dicimus, quod neque ratione quis
diceret qui advenienti simili augmentatur.
Omnium autem non ad hunc neque
de mixtione neque de aliorum consimilium, ut
ita dicam, nullo, ut puta de facere
et pati, quomodo hoc quidem facit,
hoc autem patitur secundum similes operationes.
Democritus autem et Leucippus facientes
figuras alterationem et generationem
ex hiis faciunt, disgregatione quidem
et congregatione generationem et corruptionem,
ordine autem et positione alterationem.
Quoniam autem existimabant verum in apparendo,
contraria autem sunt et infinita
que in sensu apparent, figuras infinitas
fecerunt, quare propter translationem
compositi idem contrarium videri alii
et alii et transmutatur parvo adveniente
et velud aliud apparet uno
transmutato; ex eisdem enim comedia
et tragedia fit litteris. Omnibus autem
videtur fere autem esse aliud generationem et alterationem,

et generari quidem et corrumpi congregata et disgregata, alterari autem
translatis passionibus. De hiis
scientibus considerandum. Questiones
autem habent et multas et rationabiles.
Si quidem enim est generatio congregatio, multa
impossibilia contingunt. Sunt autem
rursus rationes alie cogentes et non
habiles solum quod non contingit aliter
habere. Et si non est generatio congregatio, aut
ultra non est generatio aut si est alteratio
generatio est. Aut si dissolvere difficile
ens, hoc temptandum. Principium autem
horum omnium utrum sic generantur et alterantur
et augmentantur entia et contraria
patiuntur primis magnitudinibus
existentibus principiis omnium indivisibilibus,
aut nulla est indivisibilis magnitudo.
Differt enim hoc multum. Et rursum
si magnitudines sunt, utrum ut
Democritus et Leucippus corpora
hec sunt, aut in Timeo planities. Hoc quidem
igitur ipsum, ut in aliis diximus, inconveniens
usque ad planitiem dissolvere. Ideo
magis rationabile corpora esse indivisibilia.
Sed hec multam habent irrationabilitatem.
Sed tamen hiis et alterationem
et generationem contingit facere
ut dictum est in conversione et contactu
transmutante et differentia figurarum
quod facit Democritus. Ideo et
colorem hic non inquit esse; conversione
enim colorari. Solutionem ex compositis
passionum eius non suscepit generare
quid ex ipsis. Causa autem quod minus
potuit confessa videre in experientia
est. Propter quod quicumque inhabitaverunt magis
naturalibus magis possunt supponere
talia principia quibus multa
possunt applicare. Qui ex multis
sermonibus inspeculati existunt entes,
ad pauca respicientes

patientes convictionis aut facile.
Videbit autem quis ex his quan-
tum differt physice et logice inten-
dentes. Quoniam enim indivisibiles ma-
gnitudines hi quidem inquiunt
quoniam autotrigonum multa erit, Democri-
tus autem utique propriis et physicis ser-
monibus persuadere. Manifestum
autem erit quod dicimus procedentibus.
Habet enim dubitationem si quis ponat corpus
quoddam esse et magnitudinem
per totum divisibiles et hoc possibile.
Quid enim erit quod divisionem
effugiat? Si enim omnino divisibile
et possibile, et simul utique per totum
divisum et si non simul divi-
datur et si hoc fiat non erit impossibile.
Quare et secundum medium similiter et uni-
versaliter autem si omnino natum est divi-
sibile et si dividatur nullum erit im-
possibile nascens. Quoniam neque si in
infinities infinita divisa sunt nullum
impossibile et si nullus utique dividat.
Quoniam igitur omnino tale est corpus dividatur.
Quid igitur erit reliquum? magni-
tudo? non erit possibile; erit enim
quid non divisum, erat autem omnino
divisibile. Sed si nullum erit corpus
neque magnitudo, divisio autem erit, aut
ex punctis autem erit et sine divisio-
ne ea erunt ex quibus componitur,
est aut nihil omnino. Quare et generabi-
tur ex nullo et erit corpus compositum ex
nihil, omne utique nisi hoc apparens
tantum. Similiter autem et si erit ex punctis
non erit quantum. Quando enim tangebant
se et una erat magnitudo et
simul erant non faciebant
magis omne. Diviso enim in duo
vel plura neque magis neque minus
omne priore. Quare et si omnia
componantur nullam faciunt ma-

gnitudinem. Sed et si qua divisio
quasi rasura fiat ex corpore et sic ex
magnitudine corpus quoddam e-
gredietur, idem iste sermo quomodo
divisibile. Si autem non est corpus
sed species aliqua separabilis aut pas-
sio que recessit, et est magnitudo
puncta vel tactus hec patientes in-
conveniens ex non magnitudine esse
aliter ex non divisionibus divisione.
Amplius autem ubi erunt et immobi-
les aut mutata puncta? tactus enim
semper est unus duorum quorundam
quasi existente aliquo preter tactum et divi-
sionem et punctum. Si utique quis pre-
dictorum ponet quodlibet aut quanti-
tatem aut corpus omne omnino esse
divisibile, hec contingunt. Amplius
si dividens lignum compono aut quod
aliud equale et unum. Quare utique sic
habet manifestum. Quoniam et incido lignum
secundum quodcumque signum, omnino igitur divisum
est potestate. Quid igitur erit preter di-
visionem? Si enim et est aliqua
passio, sed quomodo in hec dissolvitur
et generatur ex his aut quomodo
separabuntur hec? Quare utique impossibile sunt
ex tactibus aut punctis esse magni-
tudinem, necesse est corpora indivi-
sibilia esse et magnitudinem. Sed
et hec ponentibus non est minus conti-
git impossibile. Scrutatum autem est de his
et in aliis et in aliis. Sed hec temp-
tandum solvere, ideo rursus
a principio questionem dicendum.
Omne quidem igitur corpus sensibile
esse divisibile secundum quodcumque signum et
indivisibile non est inconveniens.
Hoc enim potentia, hoc enim endelechia existit.
Esse autem simul omnino potestate divisibile
impossibile videtur esse. Utique si enim possibile
et fieret, non dico ut sint simul actu

ambo indiuisibile et diuisum secundum
quodlibet signum. similiter igitur erit in
ligno et in corpore. non corpus corri
pitur et generatur quod utique rur
sus aut ex punctis aut omnino ex ni
chillo et hoc modo impossibile. sed quoniam diui
ditur in separabilia et semper in mino
res magnitudines et in semota
et segregata manifestum. neque ita que
secundum partem diuidentis ens et
infinita neque possibile est diuisum esse secundum
omne signum. sicut enim possibile huius
ad quod. et sic esse quare indiuisibiles
existerent magnitudines inuisibi
les et aliter sic erit generatio et corruptio
hoc quidem segregatione hoc congregatione
cogens quidem sermo esse magnitudi
nes indiuisibiles hic est. quoniam autem
lateret paralogizans et quo modo
latet dicamus. quoniam enim non est
punctus puncto consequenter undique continuum
omnino esse diuisibile est quidem qualiter
existit magnitudinibus. est quidem aliter
non. videtur autem quando hoc ponitur et undique
et ubique punctus esse quare necesse
diuidere magnitudinem in puncta
ubique enim et punctum quare aut
ex tactibus aut ex punctis esse.
hoc autem est quod existit ubique quoniam u
na ubique et omnes ut unaquaque. plures
autem una non sunt consequenter
enim non sunt. quare non ubique
si enim secundum medium diuisibile et secundum conti
guum quare punctum erit diuisibile
non autem possibile. non enim est
contiguum signum signo aut punc
tum puncto. hoc enim est diuisio aut
compositio. quare est congregatio et se
gregatio sed neque in athoma et ex a
thomis multa enim impossibilia neque
ita ut diuisio fiat ubique. si enim
contiguus esset punctus puncto hoc

utique esset. sed in parua et minima est
segregatio et congregatio ex minimis
sed non simplex et perfecta generatio con
gregatione et segregatione determina
ta est. ut quidam inquiunt in con
tinuo transmutacione esse alteracio
sed hoc est in quo falluntur omnia. est
enim generatio et simplex et corruptio
non congregatione et separatione
sed quando hoc mutatur totum. alii autem
existimant alteracionem esse omnem talem
transmutationem. hii autem differre.
in subiecto hoc quidem est secundum rationem hoc autem
secundum materiam. quando quidem igitur in hiis
transmutatio generatio erit et corruptio
quando autem in passionibus et secundum
accidens alteratio. segregata autem
et congregata leuiter mutabilia
fiunt. si enim in paruissimas aquas
aqua diuidatur citius aer ge
neratur. si autem congregentur tar
dius. magis autem erit manifestum
in sequentibus. nunc autem tantum determinatum
sit quoniam impossibile est generationem esse congre
gationem qualem quidam inq
iunt. determinatis autem hiis primo inspiciendum
utrum generatur quid simpliciter et
corrumpitur aut proprie quidem nichil
semper autem ex aliquo et aliquid. dico autem
puta aut ex laborante sanum
aut laborantem ex sano aut
paruum ex magno aut magnum
ex paruo et alia omnia hoc modo.
si enim simpliciter erit generatio simpliciter
utique generabitur ex non ente quare
et uerum est dicere quod existit quibusdam
non ens. quedam enim
generatio ex non ente aliquo puta
ex non albo album aut ex non
bono bonum. simplex autem
ex simpliciter non ente. sed simpliciter
aut ex non bono aut primum significat

sim unumquodque predicamentorum entis aut
universale est et omnia compre
hendens. Si quidem primum substan
cie generatio erit ex non substantia. non enim
non existit substantia. Cum enim manifestum
neque hoc quid neque aliorum nullum predicamen
torum puta neque tale neque quantum neque ubi
separate enim essent per se passiones
a substanciis. Si autem non ens
universaliter negatio universaliter
erit omnium. Contrarium ex nullo necesse
generari generationem. De hiis quidem et
in aliis determinatum est et dubitatum sermonibus
motibus amplius. breviter autem
nunc dicendum quoniam modo quidem aliquo
ex non ente simpliciter generatur modo
autem alio ex ente semper. potentia enim
ens actu autem non ens necesse
preexistere quod dicitur utroque modo. quod autem
et de hiis determinatis habet mirabilem
subtile autem repletivum subti-
lium enim particulam et particulam particulam
repletivum totius enim totum tangit.
subtile autem maxime tale. ma-
nifestum quoniam subtilis quidem erit
humidi grossum autem sicci. Rur-
sum lubricum quidem humidi. lubricum
humidum autem ad passum est velud
oleum. aridum siccum. aridum enim quod
perfecte siccum. quare et coagulata
sunt propter defectionem proprie humidi-
tatis amplius. molle quidem humi-
di. molle enim quod cedit quod se ipsum
proprie et non transmutans quod
facit humidum. Ideo et non est humidum
molle. sed molle humidi. durum
autem sicci. durum est quod coagulatum
autem siccum. Dicitur autem siccum et humidum
multipliciter. opponuntur autem sicco
et humidum et rursus humido et sic-
cum et coagulatum. Omnia sunt
sicci et humidi priorum dictorum. Quoniam
enim humido opponuntur siccum et
humidum quidem et quod habet ferentem
alienigenam humiditatem su-
perficietenus. Infusum autem quod pro-
fundi. siccum autem quod privatur
hoc. manifestum quoniam humidum quidem erit
humidi. oppositum autem similiter sicco
humidum primum. sicut rursus et humidum
et coagulatum similiter humidi quidem est
quod habet propriam humiditatem in profundo
infusum autem quod habet alienam
humiditatem in profundo. coagulatum
autem quod privatur hac. quare
et horum erit quidem hoc sicci hoc autem
humidi. Manifestum igitur quoniam omnes

aliene differentie reducuntur ad primas
quattuor. Hec autem non amplius in mi-
nores; neque enim calidum quod siccum
aut quod humidum, neque humidum quod ca-
lidum aut quod frigidum, neque frigi-
dum siccum neque sub invicem neque sub
calido et humido sunt. Quare neces-
se quattuor esse has. Quoniam autem quattuor
elementorum autem quattuor sex coniugationes,
contraria autem non nata sunt
coniungi: calidum enim et frigidum
esse idem et rursus humidum et
siccum impossibile. Manifestum quod
quattuor erunt elementorum coniugationes: calidi
et sicci, calidi et humidi, et rur-
sus frigidi et humidi, et fri-
gidi et sicci. Et consequenter
est hoc secundum rationem simplicibus apparen-
tibus corporibus, igni et aeri et
aque et terre. Ignis enim calidus et
siccus; aer autem calidus et humi-
dus, velut evaporatio enim aer; aqua
frigida et humida; terra autem frigida
et sicca, ut rationabiliter distribuantur
differentie primis corporibus et multitudo
eorum fit secundum rationem. Omnes enim
qui simplicia corpora elementa faciunt,
hii autem unum, hii autem duo, hii autem
quod quattuor faciunt. Eorum quicumque
unum dicunt solum, densitate et rari-
tate alia generant, hiis contingit
duo facere principia, et rarum et
densum, aut calidum et frigidum. Hec
activa, unum autem supponitur quemadmodum
materia. Qui autem mox duo faci-
unt ut Parmenides ignem et terram,
media mixturam faciunt horum,
puta aerem et aquam. Similiter autem
et tria dicentes quemadmodum Plato in divi-
sionibus; medium enim mixtum fa-
cit. Et fere eadem dicunt et qui duo
et qui tria dicunt, preter quod hii quidem secant
in duo medium, hii autem unum solum
faciunt. Quidam autem et mox quat-
tuor dicunt ut Empedocles. Congregat
autem et hic in duo; igni enim omnia
alia opponit. Non est autem ignis et aer
et unumquodque predictorum simplex, sed mix-
tum. Simplicia autem talia quidem
sunt, non tamen eadem, ut si aliquid simile
igni igneum, non ignis, et quod aeri
aereum. Similiter autem et in aliis.
Ignis autem est superabundantia caliditatis,
quemadmodum et glacies frigidita-
tis; congelatio autem et ardor superabun-
dantie quedam sunt, hec quidem frigi-
ditatis, hec quidem autem caliditatis.
Si igitur est glacies congelatio humidi
et frigidi, et ignis erit ardor calidi
et sicci. Ideo neque nichil ex glacie generatur
neque ex igne. Existentibus autem quattuor simpli-
cibus corporibus, est duorum utrumque primorum
est unumquodque. Ignis quidem et aer eius
qui ad terminum fertur; terra usque pri-
morum et mixtam; et aqua eius
qui ad medium et extremum quod
sincera ignis et terra, media autem
mixta magis aqua et aer et
aer et contraria igni quidem est contrarium
aqua, aeri autem terra. Hec enim ex contrariis
passionibus constituta sunt et tamen simpliciter
quattuor existentia unumquodque et terra
quidem sicci magis quam frigida, aqua
autem frigidi magis quam calidi. Ignis
autem calidi magis quam sicci.

Quoniam autem determinatum est prius
quod simplicibus corporibus ex
invicem generatio, simul autem et secundum sensum
videtur generata, non enim esset alteratio
secundum tactus enim passiones alteratio est,
dicendum quis modus ad invicem est
transmutationis, et utrum esse ex omni generari
possibile, hoc autem impossibile, et enim quod
igitur omnia innata sunt ad invicem trans-

nutari manifestum. Similiter quod ei ignea et ex terris. Elementa autem omnia habent contrarietatem ad invicem quoniam differentie contrarie sunt hiis quorum enim ambe contrarie ubi gratia. Igni et aque. Hoc ei siccum et calidum. Hoc autem frigidum et humidum. Hiis autem altera solum ubi gratia aeri et aque hoc quidem calidum et humidum hoc autem frigidum et humidum. Et propter quod manifestum quoniam aptum est ex omni generari innatum est. Jam autem secundum unumquodque non difficile videre quomodo quidem omnia ex omnibus erunt. Differt autem velocius et tardius et facilius et difficilius. Quecumque enim habent simbolum ad invicem velox horum transmutatio. Quecumque autem non habent tarda quoniam facilius unum quam multa transmutare ubi gratia ex igne quidem erit aer altero transmutato hoc erat calidum et siccum hoc autem calidum et humidum. Quare si dominabitur siccum ab humido aer erit. Et rursus autem aere humido ex aqua sic dominabitur calidum a frigido hoc quidem enim fuerat calidum et humidum hoc autem frigidum et humidum. Quare transmutatio calido aqua erit. Eodem modo et ex aqua terra et ex terra ignis habent enim ambo ad ambo simbola aqua quidem humidum et frigidum terra autem frigidum et siccum. Quare dominante humido erit et rursus quoniam ignis quidem calidum et siccum terra autem frigida quidem et sicca. Si corrumpatur frigidum ignis erit ex terra. Quare manifestum quoniam circularis erit generatio simplicibus corporibus et facilius hic modus transmutationis et quoniam simbolum existit hiis que deinceps ex igne autem aqua et aere terram

et rursus ex aqua et terra aerem et ignem contingit quidem generari difficilius autem plurium est transmutatio necesse enim si erit ex igne et aere aqua et terra. Siccum enim ambo transmutari hoc quidem generatio tardior est. Si autem utriusque alterum corrumpetur facilius quidem non invicem transmutatio. Sed ex igne quidem et aqua erit terra et aer ex aere et terra ignis autem et aqua. Cum enim quidem aque humidum corrumpetur ignis autem siccum aer erit. Relinquitur ei huius quidem calidum huius autem humidum. Cum autem ignis calidum aut aque humidum terra quoniam relinquitur huius quidem siccum huius frigidum. Similiter autem et ex aere et terra ignis et aqua. Cum enim aeris corrumpetur calidum terre autem siccum aqua erit relinquitur enim huius humidum huius frigidum. Cum autem aeris humidum terre autem ignis. Contraria frigidum. Contraria relinquuntur hoc quidem calidum hoc autem siccum. Que erant ignis confessa et sensui ignis generatio. Maxime enim ignis flamma hoc autem est fumus ardens fumus autem ex aere et terra. In hiis autem que per consequentiam non contingit corrupto in utroque altero elementorum fieri transmutationem in unum corporum quoniam relinquuntur in ambobus autem eadem aut contraria ex neutro contingit generari corpus ubi gratia. Si ignis quidem corrumpetur siccum aeris autem humidum relinquitur in ambobus calidum. Si autem ex utroque calidum relinquetur contraria siccum et humidum. Similiter autem et in aliis. In omnibus enim hiis que per consequentiam existit hoc quidem hoc autem contrarium. Quare simul manifestum quoniam que ex uno in unum transeuntia uno corrupto

to generantur que autem ex duobus
in unum pluribus quoniam quidem igitur omnia
ex omnibus generantur et quo invicem
transmutatio generatur dictum est.
Et tamen adhuc sic inspiciemus
de eis. Si enim illorum corporum materia
materiat quibusdam aqua et aer et huiusmodi ta-
lia, necesse aut unum esse aut duo hec aut
plura. Unum quidem utique omnia non possibile est
ut puta aerem omnia aut aquam
aut ignem aut terram si transmutatio
est in contraria. Si enim erit aer si quidem
permanet alteratio erit et non generatio.
Simul autem neque videtur ut aqua sit
simul et aer aut aliud quodcumque. Erit igitur
aliqua contrarietas et differentia cuius habebit
aliquid altera particula ut puta caliditatem
quoniam utique ignis aer calidus. Alteratio
enim tale et non videtur. Similiter et rursus
si erit aer et igne calido in contrarium
transmutatio erit. Existit igitur aeri
hoc et erit aer frigidum aliquid. Quare impossibile
ignem calidum esse. Simul enim
idem calidum et frigidum erit. Aliud
aliquid igitur ambo idem et aliqua alia materia
communis. Eadem autem ratio de omnibus. Quoniam
non est unum horum ex quo omnia. Neque tamen
aliud aliquid preter hec velud medium aliquid a-
eris et aque vel aeris et ignis
illorum autem grossius, horum autem
subtilius erit enim illud aer et ignis cum
contrarietate. Sed privatio contrariorum alterum. Quare
non contingit ipsum solum esse numquam ut
inquiunt quidam infinitum igitur compre-
hendens. Similiter igitur quodcumque horum aut quod
medium. Si nullum sensibile prius hiis
hec utique erunt omnia. Necesse igitur aut semper
manentia et inmutabilia in invicem
aut transmutabilia et aut omnia
aut quedam hec non ut in thymeo Plato
scripsit. Quoniam quidem igitur transmutari
in invicem necesse demonstratum est prius

et quoniam non similiter cito aliud ex alio
dictum est prius. Quoniam habentia quidem sym-
bolum citius generantur ex ad invicem,
non habentia autem tardius. Si quidem
igitur contrarietas una est secundum quam trans-
mutantur, necesse duo esse. Materia
enim medium in sensibilibus ens et insepa-
rabilis. Quoniam autem plura videntur en-
tia, due utique erunt que minime du-
abus entibus non possibile est esse, sed minime
quatuor ad minus videntur. Tot enim coniugationes
sex enim existentibus duas impossibile est generari
quoniam contrarie sunt ad invicem. De hiis
quidem dictum est igitur prius. Quoniam autem
quoniam transmutantur ad invicem impossibile
principium aliquod esse horum aut in extre-
mo aut medio ex hiis manifestum.
In extremis quidem igitur non erit. Quoniam
ignis erunt aut terra esse omnia et eadem
ratio si dicamus ex igne aut terra esse
omnia. Quoniam neque ignis erant. Quoniam autem
neque medium ut videtur quibusdam aer
quidem et in ignem transmutatur et
in aquam, aqua autem et in aerem et in
terram, ultima autem non amplius in
invicem. Oportet quidem stare non in in-
finitum neque hec in rectitudine ad utraque.
Infinite enim contrarietates in uno erunt.
Terra sit g. aqua f. aer autem a.
ignis b. Si utique est transmutatio
in b. et f. contrarietas erit a b. Sint
hec albedo et nigredo. Rursus quoniam
b. aer erit alia, sic enim idem p. a. f. Sit
siccitas et humiditas x. unde sicci-
tas f. a humiditas. Quare si quidem
manet album existet aqua humi-
da et alba. Si autem nigra erit aqua
in contraria enim transmutatio. Necesse igitur
aut album aut nigrum esse aquam. Sit
primum. Similiter igitur et p. f. existet sicci-
tas erit et p. ignis transmutatio
in aquam. Contraria enim existit ...

lam . p . enim primum nigrum erit deinde
autem siccum aqua autem humida terra autem
alba palam utique quoniam omnibus ex adi
uicem erit transmutatio et in hiis
et quoniam . i . g . tria existit reliqua
duo symbola nigri et humidi
hec enim non coniungitur unquam. Quo-
niam autem infinitum non possibi
le esse neque ruram ostendere . ad hoc
prius venimus manifestum ex hiis si
enim rursus ignis . p . in aliud trans
mutatur et non revolvitur . ubique
in . x . contrarietas igitur a . g . alia existet
preter tres . nullum enim idem . g . y . p . q .
x . sit quod . p . x . et . g . b . x . aut utique
omnibus existet . et . g . y . a . p . transmu
tantur enim invicem . sed et hoc quod
sit non dum demonstratum est . sed illud
manifestum quod si rursus . x . in aliud
alia erit contrarietas et que existet
et quod . p . similiter autem semper est adiecto con
trarietas aliqua existet eis quare enim
Quare necesse si infinita et contrarietates
infinite uni existentis . si autem hoc
non erit . neque generare oportebit . enim si
erit aliud ex alio tot transire qua
litates et amplius plures . Quare necesse in
quedam quidem nunquam transmuta
tio erit ubi gratia . si infinita me
necesse opus autem si infinita ela .
amplius autem neque aere in igne . si infinite
contrarietates fuerint autem et omnia unum
fieri esset ei omnis existere in inferioribus
quibus . p . que superiorum hiis autem que
inferiorum . Quare necesse omnia unum erunt
admirabitur autem aliquis dicentes
unum corpus elementa plura ut non transmu
tentur in invicem . Empedocles nunquid
quomodo contingit dicere eis compatibilia esse
levitata . sed tamen dicit sic hoc eis equalia
esse omnia . Sed quod secundum quantum necesse id ad
esse existens in omnibus compatibilibus quo

mensuratur . ubi gratia . si ex aque pu
gillo erunt pugilli aeris . x . esse .
Ideo aliquid erit quod ambo sic mensurat
eodem . si autem non sic secundum quantitatem
compatibilia ut quantum ex quanto . hoc quan
tum potest ubi gratia si pugillum
aque equaliter potest infrigidare
et decem aeris et sic secundum quantitatem
non secundum id quod quantum compatibilia
sed secundum id quod possunt aliquid erit . quare et non
quantitate mensuram comparare et secundum po
tencias et secundum proportionem . ubi gratia
ut hoc calidum hoc album . hoc autem ut hoc
signum in equali quod simile
In quanto enim equale in contrarius quod
videbitur corpora immutabilia entia
non proportione compatibilia et secundum mensura
potenciarum et quod si proportione compa
bilia et si minimum potenciarum et
quod esse equale calidum aut simile
ut ignis tanta et aeris multiplex
Item enim est quod plus quam omogeneus
talem habebit rationem . sed neque aug
mentatio utique erit secundum Empedo
clem . sed secundum adiectionem igne enim igne
augetur ignis auget autem plus
proprium genus ethera autem ethere hec aere
adiungatur . videntur autem non sic
augeri que augentur . Multum
autem difficilius tractare de generatione
secundum naturam . Que enim autem generantur
aut semper aut multum . ea autem que
preter semper et multum ab eventu et for
tuna . Quid ergo causa ex homine hominem
aut semper aut multum ex frumento
frumentum . sed non olivam aut
si ita componatur os . ut contingit
convenientibus melius generatur compositionem
illius in quantum hec bene aliqua quod
horum causa non . enim ignis aut terra sed
tamen neque amicitiam hiis congregationis
est solum hoc autem segregationis causa

/ diffinite

/ sic

Hec autem est causa unicuique set non
solum et mixtio separatio mixtorum
Quemadmodum ille inquit fortuna .n. ad
equale nominatur. Set non est idem esse mi-
sceri enim ut contingit natura quidem en-
tium causa est ista hec et unicuique non
hoc de aqua neque dicit. Similiter quidem de natura
dicit hoc tamen et bonum hoc est et optimum. Hic
autem mixtionem solum laudat. Et enim
et elementa segregat non lis set amicitia que
natura priora deo. dii autem et hec. Amplius
autem de motu dicit simpliciter. Non enim
sufficit dicere quoniam amicitia et lis mo-
uent si non hoc fuit amicitiae esse ex
motu tali. Hiis autem ex eis oportebat
quidem aut diffinire aut sumere diffinitionem aut
supponere aut determinare aut certe aut
mollius aut aliter qualiter. Amplius
autem quoniam uidetur et vi et preter natu-
ram moueri corpora et secundum naturam
Ubi gratia. Ignis quidem sursum non ui
Inferius autem vi. vi autem ei quod secundum
naturam. Contrarium autem esse quod ui.
Est quidem et secundum naturam moueri. Hanc quidem
amicitia mouet aut non? Contrarium
enim terram sursum et segregationem assimilatur
et magis lis est causa eius qui secundum naturam
motus quam amicitia. Quare et totaliter
preter naturam amicitia erit magis. Simpliciter
autem nisi amicitia aut lis moueret
eorum corporum nullus motus est ipsi mota
set quiescens. Amplius autem et uidentur
mota segregatur enim quod lis
ducitur est autem sursum ether non
aliter. Set quandoque inquit ut a fortu-
na ut sic enim constituit currens
tunc. Multotiens autem ex alie-
quoque quidem inquit ignem natum esse
ignem sursum agi. Ether autem
terre mergitur dicebatur terra profundas
radices. Simul autem et mundum
similiter habere inquit. Nunc et

prius in amicitia. Quid quidem est quod mo-
uet primum et causa motus. Non
enim amicitia et lis. Set cuiusdam
motus ea. Si autem utique est illud
principium. Inconueniens autem et si anima ex
elementis aut unum aliquod eorum. Alterationes
enim anime quomodo erunt. Ubi gratia mu-
sicum esse et rursus si non musicum
aut memoria aut et obliuio. Pa-
lam quoniam si ignis anima passio-
nes erunt ei quecumque ignis secundum quod ignis
Si autem mixtibile corporalia harum
autem nulla corporalis. Set de hiis quidem alteri-
us opus est considerationis.

De elementis autem ex quibus corpora
constituta sunt. Quibus quidem ui-
detur esse aliquid commune aut transmutari
in inuicem. Necesse ei si alterum horum et
alterum contingere. Quibuscumque enim non faci-
unt ex inuicem generationem neque ex unoquoque
non sic enim erit ex lateribus paries quomodo enim
ex illis erunt carnes et ossa et aliorum
quodcumque. Habet autem quod dictum est dubitationem ex alterutris
generationibus quomodo generatur ex eis aliud
aliquid preter hec. Dico autem ubi gratia
ex igne est aqua et ex hoc generari ignem.
Est enim aliquod commune subiectum. Set utique et caro
ex eis generatur et medulla. Hec utique
generatur quomodo. Quomodo igitur. Qui dicunt
ut Empedocles quis erit modus? necesse
enim est compositionem esse sicut ex lapidibus et laterculis
paries mixtura utique hec ex saluatis
utique erit elementis secundum parua autem
ex adinuicem compositis. Itaque utique ca-
ro et aliorum unumquodque. Contingit utique
non ex quocumque parte carnis generari ignem
et aquam quemadmodum si ex cera generatur
utique ex hac quidem parte spera. Pyra-
mis autem ex alia aliqua. Si con-
tingebat ex alterutro alterutrum genera-
ri. Hoc quidem ex hoc generatur modo ex
carne quolibet ambo. Sic autem q

illo modo dicunt non contingit sed ex parvis ut
lapis et lateres aliquid erit ex alio
loco et parte. Similiter autem et facien-
tibus imaginem eorum materiam secundum
aliquam quidem quomodo erit aliquid
ex ambobus. Verbi gratia. Calido fri-
gido autem igni et aqua. Si enim est
caro ex ambobus et neutrum eorum
rursus compositio in salvatorum
quod relinquit nisi materiam esse
quod ex illis. Alterius enim corruptio
aut alterum facit aut materiam.
Quia vero quod est et magis et mi-
nus calidum et frigidum. Quando quidem est
simpliciter alterum actu potentia alterum erit.
Quando vero autem non omnino sed ut quidem cali-
dum frigidum ut autem frigidum calidum
quia que miscentur corrumpunt in
transitiones ad invicem tunc neque erit
eius sed illorum contrariorum alterutrum actu
simpliciter sed medium secundum vero quod est potentia
magis calidum vel autem frigidum vel contra-
rie. Secundum hanc rationem et ratione medii
pluries calidum potentia quam frigidum vel
tripliciter vel secundum alium talem modum.
Erunt utique mixta alia ex contra-
riis aut elementis et alia elementa ex illis
potentia qualiter entibus non ita ut sint
materia sed secundum predictum modum
et erit ita quod in mixtio illo vero
modo materia quod generatur. Quoniam
autem patiuntur contraria secundum in primis
determinatis. Est enim actu calidum potentia
frigidum et actu frigidum potentia calidum. Quapropter
si non coequentur transmutant
in invicem. Similiter autem et in aliis con-
trariis et primo ita elementa transmu-
tantur. Ex hiis enim carnes et os-
sa. Et que talia calido quidem
generato frigido autem calido
quando ad medium venerint. Hanc enim
neutrum medium enim multum et non in-

divisibile. Similiter autem et siccum et
humidum et alia talia. Secundum medi-
ocritatem fiunt carnem et os
et alia. Omnia enim mixta corpora
quecumque circa medium locum sunt ex
omnibus composita sunt simpli-
cibus. Terra quidem in est omnibus. Quo-
niam unumquodque est maxime et multum in proprio
loco aqua autem quia oportet terminari
compositum. Sola autem est simpli-
cium bene terminabile aqua amplius
autem et terra sine humido non potest com-
morari. Sed hoc est quod continet. Si
enim auferatur omnino ex ipsa humidum
decidit utique terra quidem igitur et aqua
propter has in sunt causas aer autem et
ignis quoniam contraria sunt terre et a-
que terra quidem aeri igni non aque
contraria est ut contingit substantiam
esse contrarie. Quoniam igitur generationes ex
contrariis sunt inest autem altera
extrema contrariorum necesse et altera
inesse. Quare in omni composito omnia
simplicia inerunt. Testificari
autem videtur et nutrimentum unius-
cuiusque. Omnia simplicia enim nutriuntur quod
enim nutriuntur eisdem ex quibus sunt
omnia enim ex multis nutriuntur et enim
quecumque videtur uno solo nutriri
aque plante multis nutriuntur
mixta est enim aque terra. Ideo rustici
temptant miscentes irrigare
Quoniam autem est nutrimentum quidem ma-
terie quod nutritur autem coniunctum est
materie forma et species rationabile
iam solum simplicium corporum
nutriri ignem omnium ex invicem
generatorum. Quod et antiqui et priores
dicunt solus enim et maxime est specie
ignis quia innatus est ferri ad terminum
unumquodque autem innatum est ad suam
ferri regionem. Forma autem et

species omni in terminis. Quoniam quidem igitur
omnia corpora ex omnibus consti-
tuta sunt simplicibus, tantum est.
Quia vero sunt quedam
generabilia et corrupti-
bilia et generatio contingit que sit
circa medium locum, dicendum de omni
generatione similiter quot et que eo-
rum principia. Facilius enim sic secundum
singularia inspiciemus cum de
universalibus acceperimus prius.
Sunt enim et numero equalia
genere eadem principia que et
in sempiternis et primis. Hoc quidem
enim est ut materia, hoc autem ut forma.
Oportet autem et ad hoc tertium
existere; non enim sufficientia
ad generandum ambo hec esse et non
est causa. Hec quidem enim ex necessi-
tate sunt ut extrema horum duo
quedam et in primis ut iam quidem ge-
nerabilibus quod possibile. Quod impossibile
non esse. Hoc autem impossibile esse, quia non con-
tingit esse necessario aliter habere. Quedam
vero esse et non esse possibile. Quod est
generabile et corruptibile. Quoniam quod
est, quoniam autem non est hoc. Quare et
necesse generationem esse corruptionem circa
possibile esse et non esse. Propter quod ut materia
quidem hec est causa generabilibus,
ut autem quod cuius gratia forma et species.
Hec autem est ratio uniuscuiusque substantie.
Oportet autem adesse tertium quod omnes
quidem sompniaverunt, dicit autem
nullus. Sed hii quidem sufficientem
existimaverunt causam esse ad
generari ipsorum naturam. Quod ad-
miniculatione socrates et enim
ille increpans alios ut nichil
dicentibus supponit quod sunt
entium hec quidem species hec autem partici-
pativa specierum et quod esse unumquodque
dicitur secundum speciem generari autem secundum sus-
ceptionem et corruptionem secundum abiectio-
nem. Quare putat si hec vera species existi-
mant ex necessitate causas esse et genera-
tionis et corruptionis. Hii autem ipsam
materiam moti. Neutri autem dicunt
bene. Si quidem enim sunt cause species, quare
non semper generant continue, sed quandoque
quidem non, entibus et speciebus semper et
participantibus. Amplius autem
in quibusdam videmus aliam
causam entem. Sanitatem enim
medicus facit et doctrinam doc-
tor, ente et sanitate ipsa et doc-
trina et participantibus. Similiter autem
in aliis secundum potentiam operatis. Si autem
materiam quis inquiet generare
propter motum, physicus utique diceret
ita dicentibus, alterans enim et trans-
formans magis causa generationis et
in omnibus assueti sumus hoc dicere efficiens.
Similiter et in aliis que natura et hiis
que ab arte, ab arte autem quodcumque
mutans est. Sed tamen nec hii recte dicunt.
Materie enim pati et moveri. Movere
autem et facere alterius potencie.
Manifestum autem et hiis que arte et non ge-
neratur. Non enim ipsa facit aqua
ex se ipsa animal neque lignum lectum sed ars.
Quare et hii propter dicunt non recte propter
hoc et quia derelinquunt principaliorem
causam. Auferunt enim quod quid erat esse et
formam. Amplius autem et potestates
attribuunt corporibus propter quas generant
valde organice auferentes eam que
secundum speciem causam. Quoniam enim innatum
est, ut inquiunt, calidum quidem segre-
gare, frigidum autem congregare, et
aliorum unumquodque hoc quidem facere hoc au-
tem pati. Ex hiis dicunt et per hec alia omnia
generari et corrumpi. Videtur autem
et ignis motus pati. Amplius

ab hac m.

Nõ

arte

ex sile ad faciunt ut si quis in uni-
cuique instrumentorum attribuit causam
eorum que generantur. serrante enim
serrante diuidi et madiente te-
quari et in aliis similiter. Quoniam circa
si quod ualde mouens facere et mouere
ignis. Sed quomodo mouet ignis non
uident quoniam deterius quam organa
nobis autem et universaliter prius dictum de causis
et nunc determinatum est de materia et
forma amplius non. Quoniam autem
secundum lationem motus determinatum
est quoniam perpetua necesse continue existentibus
et generationem adducitur et generationem
esse continue latio enim faciet ge-
nerationem quia adducitur actua-
liter et adducit generans. simul autem
manifestum quoniam et prius bene dicta
sunt transmutationem primam latio-
nem sed non generationem dicere. multum
enim rationabilius ens non enti
generationis causam esse quam non ens
enti esse. Quod fertur quidem ergo est
quod generatur autem non est propter quod et
latio prior est generatione.

Quoniam autem suppositum
et determinatum continua ens
rebus generatio et corruptio. dicimus
autem causam esse lationem generationis
manifestum quod una existente latione
non contingit fieri ambo quia contraria
sunt. Quod enim similiter habens semper idem
natum est facere. Quoniam circa
generatio semper erit aut corruptio. oportet
multos esse motus et contrarios
motus aut latione aut inequa-
litate. contrariorum enim causa contraria.
non prima latio causa generationis
est et corruptionis. sed que circa
obliquum circulum in hac enim et conti-
nuum inest et moueri duos
motus necesse est si erit semper continua
generatio et corruptio semper oportet aliquid moueri
ut non deficiant transmutatio-
nes hee. Duo autem ut non alterum
contingit solum. continuitatis
quidem ergo totius latio causa.
approximationis autem et abscessionis inclinatio
contingit enim quandoque longe fieri quandoque
prope. Inequali uero distantia existente
inequalis erit motus. Quare circu-
li in adueniendo et in prope esse ge-
nerauit et in recedendo et longe
fieri hoc ipsum corrumpet. Et si mul-
tociens adueniendo generat
et multociens recedendo corrumpit.
Contrariorum enim contraria causa et
inequali tempore et corruptio et generatio
que secundum naturam. Quoque et tempora et uita
uniuscuiusque horum numerum et hoc determinatur
omnium enim est ordo et uita omne tempus
et ita mensuratur periodo. sed tamen non
eadem omnes. sed hec quidem minori
hec autem maiore. his enim annus quod
est, hiis autem maior aliis autem minor
periodus est mensura. Apparent autem
et secundum sensum consona. hiis que
a nobis dicta sunt. uidemus enim quoniam
adueniente quidem sole generatio est
recedente autem diminutio. et in
equali tempore utrumque. Equale
enim tempus generationis et corruptionis
que secundum naturam. Sed contingit multo-
ciens in minori corrumpi propter adi-
nuicem confusionem inequali
enim ente materia. et non ubique
eadem necesse et generationes inequales
esse et has quidem citiores. has autem
tardiores. Quare accidit propter horum
generationem aliis generari corruptionem.

Semper uero ut dictum est continua
erit generatio et corruptio et nunquam
deficiet propter quam diximus causam. Hoc autem
rationabiliter contingit. Quoniam enim

omnibus inquirimus quod melius desi-
derare naturam semper melius autem
esse quam non esse. Quot autem esse autem
modis dicimus in aliis dictum est
hoc autem impossibile existere propter longe
a principio distare. Reliquo modo
adimplevit esse deus continuam fa-
ciens generationem ita quod continue enim
maxime continuabitur esse propter pro-
xime esse substantie fieri semper generationem. huius autem causa
ut dictum est multotiens in circuitu a-
latio. Sola enim continua. Quare et a-
lia que transmutantur invicem
mutantur ad invicem secundum passio-
nes et potencias. ut generationes sim-
plicia corporum imitantur in circui-
tu lationem. quando enim ex aqua aer
generatur et ex aere ignis et
rursus ex igne aqua in circuitu
dicimus circuire generationem quia iterum re-
vertitur. Quare et recta latio
assequens eam que in circuitu con-
tinua est. Simul autem manifestum ex
hiis quod quidam querunt. Cur
unumquodque corporum in propriam latum re-
gionem in infinito tempore non distant
corpora. Causa enim huius est que ad in-
vicem transmutatio. Si enim unumquodque
maneret in sua ipsius regione
et non transmutaretur a proximo iam
utique destitissent. transmutantur
quidem igitur propter lationem duplicem
existentem. Quia transmutantur
quidem igitur propter lationem autem non con-
tingit manere nullum eorum
in nulla regione ordinata propter
quod quidem igitur est generatio et corruptio et propter
quam causam et quid generabile et
corruptibile manifestum et ex hiis que
dicta sunt. Quoniam autem necesse
esse aliquod movens si motus erit
ut dictum est prius in aliis et si semper

quod oportet aliquod semper esse et si continue
unum idem et immobile et inalterabile
et ingenerabile et si multi qui in
circuitu motus multa quidem omnia
autem qualiter esse hec necesse sub uno principio
continuo autem ente necesse motum
continuum esse. Si impossibile tempus sine motu
esse. Continuum igitur aliquid tempus numerus
eius quidem in circuitu igitur quemadmodum
in hiis que in principio determinatum est.
Continuus autem motus utrum
quia quod movetur continuum aut
in quo movetur velut locus. dico
autem passionem. Manifestum utique
quia quod movetur. Quo enim
passio continua nisi quia res cui ac-
cidit continua est. Si autem et hoc eo quod
in quo solo locus existit. magni-
tudinem enim aliquam habet. huius autem
quod circulo solum continuum. Quare esse
id sibi ipsi semper continuum. Hoc igitur est quod
facit continuum motum semper quod in circui-
tu corpus fertur motus autem
Quoniam autem in hiis tempus
continue motis secundum generationem aut
alterationem aut universaliter transmutationem
huiusmodi videmus quod deinceps ens et genera-
tum hoc post hoc ut non deficiat inquiren-
dum est utrum est aliquid quod ex necessitate erit
aut nichil. Sed omnia contingit non fieri.
Quoniam enim quidam quedam manifestum et
mox erit et futurum aliud propter hoc.
Quod quidem enim verum dicere quia
erit, oportet hoc esse quandoque verum quia est quod
autem nunc inquit dicere quia futurum est nichil
prohibet non fieri. futurus enim incedere si-
mus quis non incedet utique. Similiter
autem quoniam contingit quedam entium
et non esse manifestum quoniam et que
generantur ita se habebunt et non ex
necessitate hoc erit. utrum igitur omnia ta-
lia aut non. Sed quedam necesse simpliciter

fieri est contingentium esse. Hoc enim ipsum possibile non esse. Hoc autem possibile ita et esse generationem. Verbi gratia conversionem quidem necesse fieri et non possibile non contingere. Si igitur quod prius necesse fieri si quod posterius erit, verbi gratia si domus est fundamentum, si autem hoc lutum, prius ergo si fundamentum factum est necesse et domum? non est esse ad hunc. Si non et illud necesse fieri simpliciter. Si autem et hoc necesse fundamento facto si necesse est fieri domum. Sic enim se habet quod prius ad posterius quare si illud erit, necesse illud prius fieri. Si igitur necesse fieri quod postea et quod prius necesse et si quod prius et quod posterius. Igitur necesse sed non propter illud sed quoniam supponebatur ex necessitate futurum. In quibus igitur quod postea necesse esse in hiis convertitur et semper priori facto necesse fieri quod posterius. Si quidem igitur in infinitum vadit ad inferius non erit necesse eorum que postea hoc fieri simpliciter ex suppositione. Semper enim alterum alterius necesse esse. Propter hoc necesse illud fieri quod est si non est principium infinitum. Neque propter quod necesse erit fieri. At vero neque in finem habentibus hoc est dicere verum quoniam simpliciter necesse fieri, verbi gratia domum quando fundamentum generatur. Quando enim generatur si semper necesse fieri semper hoc accidet semper esse contingens semper non esse. Sed oportet semper generationem esse. Si ex necessitate est eius generatio ex necessitate enim et semper simul. Autem quod enim necesse non possibile esse. Quare si est ex necessitate sempiternum est et si sempiternum ex necessitate. Et si generatio igitur ex necessitate perpetua eius generatio hoc est et sempiterna ex necessitate. Si igitur alicuius ex necessitate simpliciter generatio necesse circulare esse et reflecti. Necesse enim aut finem habere generationem aut non, et si non aut in rectum aut in circulum. Horum autem si erit sempiterna non in rectum possibile quia nequaquam est principium neque si inferius ut ad futura accipiamus neque superius ut ad generata. Necesse autem principium neque finito ente et sempiternum esse. Propter hoc necesse in circulum esse. Converti igitur necesse erit, verbi gratia si hoc ex necessitate est et quod prius igitur, sed si hoc et quod posterius necesse fieri et hoc semper itaque continue. Nichil enim hoc differt dicere per duo aut multa. In circulari igitur motu et generatione quod ex necessitate simpliciter. Et si in circulum generari necesse et generata esse, et si necesse horum generatio in circulum. Hec utique quoniam circulare motus est et celum quoniam ex necessitate hec generantur et erunt quecumque hiis motus et quecumque propter hunc. Si enim quod in circulum motum semper aliquid movet necesse et horum in circulum esse motum. Verbi gratia superiore latione ente in circulum sol sic, quoniam autem hic horum semper hec in circulum generantur et revertuntur. Hiis autem generatis iterum altera que ab hiis. Verbi gratia aqua et aeri in circulum generatur et si nubes erit oportet et pluere et si pluet oportet et nubem esse. Homines vero et animalia non revertuntur in se ipsos ut rursus generetur idem. Non enim necesse si pater generatus est te generari. Sed si tu illum. In rectum autem videtur esse hec generatio. Principium autem intentionis rursus hoc utrum similiter omnia revertuntur aut non. Sed hoc quidem numero hoc autem specie solum. Quorum igitur incorruptibilis substantia mota manifestum quoniam et numero eadem erunt. Motus enim sequitur quod movetur.

Quorum autem non sunt corruptibilis
specie sed numero autem non redita
ti. sicut aqua ex aere et aer ex aqua
specie idem non numero. Si autem
et haec numero sed non quorum substantia
generatur eius talis qualis conti
git non esse.

De primis
quidem igitur causis na
ture et de omni motu
naturali. adhuc
autem de secundum su
periorem lationem per
ornatis astris et
de elementis corporalibus quot et qualia
et de ea que invicem per mutatione
et de generatione et corruptione communi dictum
est prius. Reliqua autem pars huius me
thodi est adhuc consideranda quam omnes
priores metheologiam vocaverunt. Hec
autem sunt quecumque accidunt secundum naturam
quidem inordinatiorem tamen ea que primi
elementi corporum et loco maxime proxima
lationi astrorum puta de lacte
et cometis et ignitis et motis
fantasmatibus. Et quecumque po
nemus utique aeris esse communes pa
ssiones et aque. Adhuc autem terre
quecumque partes et species et passiones
partium ex quibus et de spiritibus et terre
motibus considerabimus omnis causas
et de omnibus que fiunt secundum motus ho
rum in quibus haec quidem dubitamus
haec quidem attingimus aliquo modo. Adhuc
autem de fulminum casu et tur
binibus et incensionibus et aliis
circularibus quecumque propter congelationem
accidunt passiones ipsorum horum
et corporum. Pertranseuntes autem de
his species speculabimur si quid pos
sumus secundum modum modo assignare
de animalibus et plantis universaliter et particu
lariter. Fere enim in his dictis finis utique
factus erit omnis eius que a principio nobis
electionis. Sic igitur incipientes dicamus
de ipsis primo. Quidem enim determinatum
est prius a nobis unumquodque principium
corporum ex quibus constat circulariter
latorum corporum natura. Alia autem
quatuor corpora propter quatuor principia
quorum duplicem dicimus esse motum
hunc quidem a medio hunc autem
ad medium. Quatuor autem existentibus
his igne et aere et aqua et terra.
omnibus quidem his supereminens esse
ignem substans autem terram. duo autem
que ad ipsa huius proportionali habitudine.
aer quidem igni propinquior aliis. aqua
autem terre. Qui itaque est circa terram totam
mundus ex his constat corporibus
de quo accidentes passiones dici
mus esse sumendum. Est autem ex necessitate
continue iste superioribus lationibus
ut omnis ipsius virtus gubernetur inde.
Unde enim motus principium omnibus illam causam
putandum primam. Adhuc haec autem
hic quidem perpetua et finem motus non
habens loco sed semper in fine. hec autem corpora
omnia finitis distant locis ab invicem.
Quare accidentium oportet ipsum ignem
quidem et terram et syngenea his ut
in materia species horum que fiunt causas
oportet putare. Subiectum enim et patiens ap
pellamus hoc modo. Quod autem sic
causa ut unde motus principium eam
que semper motorum causandi virtutem.
Resumentes igitur eas que a principio
positiones et determinationes prius determinationes
dicamus et de lactis fantasia et de
cometis et aliis quecumque existunt
his syngenea. Dicimus itaque
ignem et aerem et aquam et terram
fieri ex invicem et utrumque horum in utroque

existente potencia sic et aliorum quibus
unum aliquid et idem subicitur in que
et resolvuntur ultimum. Primo quidem
igitur dubitabit utique quis esse vocatum
aerem quid oportet accipere ipsum esse tum
in mundo ambiente terram et quomodo
se habet ordine ad alia dicta elementa cor
porum. Moles quidem enim utique terre
quanta quedam utique sit ad am
bientes magnitudines non im
manifestum. Iam enim visum est
per astrologica theoremata nobis
quod multo minor quibusdam astris
minor est. Aque autem naturam
constantem et separatam neque vide
mus neque contingit segregatam
esse ab eo quod est circa terram locato corpore
puta a manifestis maris et flumini
bus et utique si quid in profundo
immanifestum nobis est. Intermedi
um itaque terre et ultimorum astro
rum utrum unum quid putandum
esse corpus secundum naturam aut plura et plura
quanta et usque quo determinata sunt
locis. Et de hiis quidem igitur dictum est prius
de primo elemento quale secundum virtutem est et
quare totus qui est superiores lationes
mundus illo tali corpore plenus
est. Et hanc opinionem non solum
non existimamus habentes videtur
autem antiqua quedam existima
tio ipsa et priorum hominum. Dictus
enim ether antiquitus accepit appellatio
nem quam anaxagoram quidem
igni idem putasse michi videtur
significare. Superiora enim plena
igne esse. Et ille eam que ibi potentiam
etherem vocari putavit. Hoc autem
recte putans. Quod enim est semper
currentes simul et divinum quid secundum
naturam visi sunt existimare et de
terminaverunt vocari ethera quod

tale tamquam nullum eorum que apud
nos existentium idem. Non enim utique
dicemus semel neque bis neque raro eas
dem opiniones reiterare factas in
hominibus sed infinities. Quicumque autem
ignem purum esse aiunt quod ambiens
et non solum lata corpora quod autem
intermedium terre et astrorum aerem
considerantes utique nunc ostensa per
mathica sufficienter forte utique
desisterent ab hac puerili opinione.
valde enim simplex putare unum
quodque latorum esse parvum magnitudinibus
quod videtur aspicientibus hinc nobis
Sic dictum est quidem nobis prius et prius
in hiis que superiorem locum theo
rematibus. Dicemus autem eandem rationem
et nunc. Si enim distancie plene ig
ne et corpora constant ex igne olim
ad nichillatum utique esset unumquodque
aliorum elementorum. At vero neque aere solo
plena. Multum enim utique excederet
equalitatem communis analogie ad ele
mentaria corpora. Et etenim si duobus
celis plenus qui intermedius terre
et celi locus est nullus enim ut est dicere
proportionaliter est moles maris contenta est
omnis a que multitudo ad ambientem
magnitudinem videmus autem non
in tanta magnitudine excessum ex
cessum molium cum ex aqua disg
gregata aer fiat aut ignis ex ae
re. Sicut autem eandem rationem habere
quantam habet tantilla et parva ad
terram ex ipsa aerem et totum ad
totam aquam. Differt autem nichil
neque si quis dicat quod non fit
hec ex invicem equalia tamen virtute
esse. Secundum hunc enim modum necesse est equali
tatem virtutis existere magni
tudinibus ipsorum. Quare quidem utique si
facta ex invicem existerent. Quod

hic simul est ei flãma sp̃ sicut iardor
co- niug̃ pte q̃ g̃ maxie se h̃ñt ta
lis cõsistencia. quõ ãtilacõe nota
sunt aliqual' exurian. Differt autem
iam sm̃ spcaminatis põnem ad
multitudinem. Si quidẽ enim latitu
dinem habeat et longitudinem
spectamina. multociens uidetur
accensa flãma uelut iarda arden
tis stipule. Si aũt sm̃ longitu
dinem solum uocatur talis et capres
et sicci. Si quidẽ plus spectamina
sunt sm̃ longitudinem et latitu
dinem. qm̃ quidẽ quasi exsintillat
simul combusti. hic aut ppt ignium sm̃
modica quidẽ ad principium aũt
exuccatur qm̃ aũt sui hac passione
talis c. non ũ longitudines exala
tionis medica et multiplr dispse
et sim sm̃ latitudinem et pfun
ditatem sydera putata uolare
sunt. Alii quidẽ g̃ a motu exalatio
exusta g̃nat ipsa. alii aũt ab fri
gore cõsistente aere extruditur
et segregatur calidum ppt q̃ latio
ipsorum assimilatur magis piectõi
sz nõ exustiõi. Dubitabit utique q̃s
utrum uelut que sub lucerna posita
exalatio a superiori flãma accendat
in inferiorem lucernam mirabil' ei et
h' uelocitas ẽ et simil' piectioni sz nõ
in alio et alio fieri ignis aut pro
iectiões eiusdẽ alicuius corporis sunt
discursus. Videtur aut utraq; ppt am
bo et enim ut ad lucerna fit et que
dam ppt expelli proiciuntur uelud
que ex digitis elabentia. ut et
in terram et in mare uidentur
cadencia et nocte et per diem sere
nitate existẽ uidentur. deorsum
aũt iaciuntur q̃ cõglatio ad
deorsum inclinat expellens. ppt quod
et fulmina deorsum cadit. omnium n hor
gnio. nõ exustio sz segregatio ab ex
pulsione ẽ. qm̃ sm̃ naturam ca
lidum sursũ natũ ẽ ferri omõ. Que igitur
quidẽ g̃ magis in supremo loco cõ
sistunt exusta sunt exalacione
que uero aũt demissius segregata
ppt cõgregari et infrigidari humidiorem
exalacionem. hec enim cõgregata et deor
sum tendens expellit in spissata
et deorsum facit calidi piectionem
Propter positionem aũt exalationis sm̃
qualit' contingat posita latitu
dine et profunditate sic fertur
aut sursum aut deorsum aut
ad latus. plurima aũt ad latus ppt
duabus ferri lationibus uiolencia
quidẽ deorsum natura aut sursũ
omnia ei sm̃ dyametrum feruntur
talia. ppt q̃ et discurrencium syderum
plurima obliqua fit latio. Omni
um itaq; horum. causa quidẽ ut
materia exalatio. ut aũt mouens
alii quidẽ que sursum latio. alii
aũt aeris concreti coagulatio. omnia
ei h' sublimia sunt. Signum aũt
apparens ipsorum uelocitas. Similis existens
his que a nobis proiciuntur q̃ q
ppt nos sunt multum uidentur
uelocitate pergi astraq; et solem et
lunam. Apparent aũt aliq̃ nocte
serenitate existẽ cõsistencia multa
fantasmata in celo puta fatus
et bochim et sanguineos colores
Causa aũt et in hiis eadem. Cum n
manifestus ẽ cõstans qui sursum
aer ut ignitus fiat et ignitus alii quidẽ sit
talis ut flãma uideatur ardere
alii aũt uelut talli ferantur et sy
dera multum incidens. Si colorat
item iste aer constans omnibus modis
coloribus. Propter spissius enim trans

parentis minus luminis et refractionem
suscipiens aer omni modo colores
faciunt. Maxime autem puniceum
aut purpureum, quia hec maxime
ex igne et albo apparent mixtis
secundum superpositiones velut orientia
astra et occidentia si fuerint cauma-
ta et per fumum punicea apparent.
Et refractione autem faciet cum
speculum fuerit tale ut non figuram
sed colorem suscipiat. Quare autem
non multo tempore maneant hec consisten-
tia. Causa velox existens. Hy-
atus autem discisso lumine ex obscu-
ro et nigro facit putari habere ali-
quam profunditatem. Multociens
autem ex talibus et tali excadunt
cum congregetur magis. Contractum
autem amplius dracho videtur. Omnino
autem in nigro album mixtum facit
varietates velud flammam in
fumo de die quidem enim sol prohibet,
nocte autem excepto puniceo alii
propter similem coloratum non apparent.
De discurrentibus quidem igitur astris
et igneis. Ad hunc autem de aliis
talibus fantasmatibus quecumque fe-
stinas faciunt fantasias has
existimare oportet causas.

De cometis autem et vocato
lacte dicamus dubitantes
ad dicta ab aliis primo. Anaxago-
ras quidem igitur et Democritus ai-
unt esse cometas synfasim er-
rantium stellarum cum propter prope ve-
nire putentur tangere invicem.
Italicorum autem quidam vocatorum
pythagoricorum unum dicunt ipsum esse
erranticum syderum sed post multum
tempus fantasiam ipsius esse et ex-
cessum ad modicum quod quidem accidit
et circa mercurii stellam quia cum mo-
dicum discesserit sepe non apparet
ita ut post tempus appareat multum.
Similiter autem hiis et qui circa ypo-
cratem chium et discipulum ipsius
eschillum enunciaverunt. Sed co-
mam non ex ipso aiunt habere, sed er-
rantem propter locum aliquando accipere re-
fracto nostro visu ab attracto hu-
more ab ipso ad solem. Quia a-
discedit tardissime tempore apparet
post tempus plurimum aliorum astrorum
ut cum ex eodem appareat subdefici-
ens per totum suum circulum. Cedere
autem ipsum et ad articum et ad austrum.
In medio quidem igitur loco tropico-
rum non attrahere aquam ad ipsum
quia combusta est a solis latione; ad
austrum autem conferatur copiam
quidem habere talis humiditatis. Sed
quia parva est decisio circuli que sur-
sum, que autem deorsum multa, propter
non posse visus hominum frangi ad so-
lem, neque appropinquante tropico, neque
in estivis conversionibus existente sole,
propter quod in hiis quidem locis non fit come-
tam ipsum. Cum vero ad boream relic-
tus exeat accipere comam, quia magna
est periferia que desuper orizontis. Que
autem ethera pars circuli parva. Facile
enim visum hominum pertingere nunc ad solem.
Omnibus autem hiis hec quidem contingit
accidere dicere impossibilia, hec autem
separatim. Primo quidem igitur dicen-
tibus quod erraticarum est una stella-
rum cometa: errantes enim omnes
in circulo animalium subdeficiunt.
Comete autem multi visi sunt ex-
tra circulum. Deinde et plures uno
simul facti sunt sepe. Ad hunc autem siquidem
refractionem quia habet sic autem
et ypocrates oportebat aliquando
apparere et sine coma stellam

hinc qm quo subdeficit h et ad
alia loca comã aut ho ra ubiz
fiunt aut nulla e illa preter
qz stellas Iste a no sexe sit
otis elenate appent sr orizon
tem . Et manifestus autem
exitibus ipsis oibz et no appa
rentibus oibus sz quibzdam
exitibz apud solem meh m
nus comete appent sm sexe [C]at
no nz h neru q in lco ad arcti
sit cometes solum · sil' z sole
exite cc tropicos estinales · [Ma]
gnus ei cometes fcs cc cu q
i achaia ere moti et cc fructus
ad sensum ab occasib' equatia
libz ortus fuit · et ad austrum
iam nullu fca fuit · cb pncipe
aut atheniisiu glosissimo mo
lone · fca fuit cometa stella
nise gamelione sole exite
cc tropicos hyemales et quod ta
tam refractorem fcam ee z ipi
ipossibiliu ee aut [C]omme
aut z hns et ꝯtactu dicentibus
p quod q et no erraman accipi
unt comã quidam et h no so
lum egyptus credere oz equid
et illi aut · sz et nos uidimus
earum ei que i femore canis
stella qrtam huic comã debile
tu · Intendentibus quid emm
i ipsam debile fcm e lum ad
iacentibus aut uisu remisse
plus [C]ad h aut oms qm apd
nos uisi sunt · sn occasu disp
ruerit i loco sr orizonte ꝯsup
ti paulatim ita ut nz uni stelle
relinqitur corpus nz plurum
[C]o tu et magna stellaru de q
pus me mmmm appuit quide
hyeme i gelu et serenitate a

nesp e subasio pncipe · z p quid
die no appuit tamquam preciube[s]
ante solem · Secunda [d]e appuit
quanta ꝯtingit · minimus enim
relictum fuit et mox occidit ·
lum aut extendit usz ad tertiam
ptem celi uelut similz · pp q et
uocata fuit uia [facta] ascendit aut
usz ad zonã orionis et ibi disso
luta fuit [C]et quidam democrit
optinere uoluit pro opione
sua · aut ei appruisse dissolutis
cometis stellas quasdam · h a
no aliu quid oportebat · sz alii
aut no h semp [C]ado huc aut
et egyptii aiunt errantiu z ad
se ipsas et alias sr ꝯuent' z nos
ipi uidimus stellam iouis et
in gemis sulcucem · cumdam
iam et disparere facientem
h no comete fcm [C]ado huc a'
et ex hoc maifesti · stelle enim
et si maiores et minores appa
reant · sz tu indiuisibiles p
se ee uidentur ꝯsiderantibus et si
ecent indiuisibiles tangentes
nulla uticp facient magnitudi
nem maiore sic et qm no sic
quod · uidetur aut indiuisibiles z
ꝯuenientes mchi uidebuntur ma
iores fm magnitudine existentes
[C]o d quod g cce de ipsis cause
false existunt entes z no p pla
sz tm p h sufficient' palam e
[C]em aut de i maifestis sm su
putam' sufficient' demonstrasse fm
idem si ad possibile reduxim'
ex hus que nunc appent existi
mabitur uiz aliquis sic de hus
maxime accidere [S]upponitur
ei nob mundi h qui cc circa terram
quantu sub circulari e latõne esse

grado conglaciatur communium terre et aq(ue) plus aut habentium terre que quidem in calido egrediendo coaglaciatur h(ec) liquefiunt calido ingrediente contrarium calido veluti lateri cum congela- tum fuit. Quecumque aut p(ro)pt(er) in(?)fri- gidacionem et calido simul exeundo omnium hec insolubilia si(n)t n(isi) si(n)t humi- ditati caliditate mollificantur veluti ferrum ut humidum et cornu li- quescit aut et laboratum ferrum ut humidum fiat i(d) iterum congelet et cali- bes faciunt sic subsidet enim subst(antia) et purificatur scoria cum autem sepe patiatur et purum fiat h(ec) ca- libs sic non faciunt aut sepe ipsum p(ro)pt(er) absenciam fi(er)i i(n) mistum et p(ro)pt(er) quod minus purificari est sic a(ut) melius ferrum q(uod) h(abe)t minorem purifica- tionem liquescit aut et lapis p(er)ama- chus ut stillet et fluat quod aute(m) conglaciatur cum fluxerit iterum fit du- rum et molle · liquantur ut fluant fluens conglaciatum colore quidem ingnium similiter aut fit calci liquescit aut i(d) lutum i(d) terra. Quecumque aut a sicco calido coaglaciant h(ec) quidem insolubilia · Si autem solvuntur humido · lat(er) quidem q(ui)dem est lapidum quedam genus quoque ab igne terra combusta sicut vel p(ro) molere i(n)solubilia nitrum aut et sales solubilia humido non omni aut frigido p(ro)pt(er) quod aque i(d) quoque aque sp(eci)es liquescit oleo autem non liquescit sicco · n · calido contrarium frigidum humidum · Si q(ui)dem conglaciant alterum alterum solvunt sic enim contrarie erunt cause contrariis conglaciantur quidem q(ui)dem ab igne solubi quecumque aque plus habent quam terre · Coangu- lantur aut quoque terre p(ro)pt(er) q(uod) et

solvunt enim ab igne

vitrum et sales terre sunt magis et lapis
et later. Maxime autem dubie sunt olei
natura. Si quidem enim aque oportebat
coagulari a frigido ut glacies. Si
autem terre coagulatur quidem a neutro
ingrossatur autem ab ambobus.
Causa autem est quia plenum est aeris
propter quod et in aqua supernatat. Aer enim
fertur sursum. Frigidum enim
ex inexistente spiritu aquam faciens in-
grossat. Semper enim commixta fiunt oleum
et aqua ambobus fit grossius.
Ab igne autem et tempore ingrossatur
et albescit. Albescit quidem evapo-
rante aqua si qua inerit. Ingros-
santur autem propter ea quod marcescente
calido ex aere fit aqua. Utrumque
quidem igitur modo eadem fit passio et
propter idem sed non eodem modo. Ingrossatur
quidem igitur ab ambobus. Desiccatur
autem a neutro. Neque enim sol neque frigus
desiccat non solum autem quia viscosum
sed et quia aeris est. Et non desiccatur eli-
xatur ab igne quia non vaporat propter
viscositatem. Quecumque autem
mixta aque et terre secundum pluralitatem
utriusque digna dici. Vinum enim quoddam
coagulatur et epsesim patitur
velut mustum. Abscedit autem ab
omnibus talibus dum desiccantur aqua.
Signum autem quia aqua vapor enim
constat in aquam si quis velit
colligere. Quecumque relinquitur
aliquid hec terre. Quedam autem horum
et a frigido sicut dictum est ingrossantur
et desiccantur. Frigidum enim non solum
coagulat sed exsiccat quidem aquam,
ingrossat autem aerem aquam
faciens. Coagulatio autem dictum est
quedam desiccatio existens. Que-
cumque quidem igitur non ingrossantur a fri-
gido sed coagulantur aque sunt

magis velud vinum, urina et a-
cetum et lexivium et serum. Quecumque
autem ingrossantur non evapo-
rantia ab igne hec quidem terre, hec
communia aque et aeris. Mel quidem
terre, oleum autem aeris. Sunt autem
et lac et sanguis amborum quidem
communia et aque et terre. Magis autem
que multa terre sicut et ex quibuscumque
humidis nitrum fit et sales, et lapi-
des autem ex quibusdam consistunt
talibus. Propter quod et si non separetur serum
exuritur ab igne decoctum. Quod autem
terrestre constat et a coagulo, si a-
liquali decoquatur quis sicut
medici coagulum imponentes. Sic
autem separatur et serum et caseus. Se-
paratum autem serum non adhuc in-
grossatur sed exuritur sicut a-
qua. Si autem aliquod lac non habeat ca-
seum aut paucum, hoc magis aque
et inesibile. Et sanguis autem
similiter coagulatur enim eo quod desiccatur
infrigidatum. Quecumque autem non co-
agulantur velud qui cervi, tales
aque magis et frigidi hii. Propter
quod et non habent inas. Ines enim sunt
terre et solidum quare et exceptis inis non coagulatur.
Hoc autem est quia non desiccatur aque
enim que relinquitur ut lac caseo
ablato. Signum autem languidorum
enim sanguines nolunt coagulari ve-
lut ychor. Hoc autem flegma et aqua
propter indigestum esse et inseparatum
a natura. Adhuc autem hec quidem solubilia
sunt velud nitrum, hec autem inso-
lubilia velud later et lapis. Et horum
hec quidem mollificabilia velud cor-
nu, hec autem non mollificabilia ve-
lut lapis et later. Causa autem
quia contraria contrariorum cause. Quare si co-
agulantur duobus frigido et sicco

terre pl' ab igne ut lat' necat

desiccatur autem aqua et in

nāe soluū calido et humido ꝓꝑ qd̄
igne et aqua h̄. n. ꝯtia aqua q̄
dem queꝗ igne solo. igne aūt
queꝗ frigido solo q̄ꝛ si a duobꝫ
actū̄ coaglari. h̄ m̄ solubilia
maxie fūt aūt talia queꝗ ca
lefcā deinde frigido coaglantur.
actic. n. cū calido exiſtante eg̊
diens plimū humidum ꝯp̄rim
ſim a frigido ut nō humido det
penetracōm. Et ꝓꝑ h̄ nꝫ calidū
solut. Queꝗ. n. a frigido coa
gulantur solo h̄ solut. nꝫ ab a
qua. queꝗ. n. a frigido coagulāt̄
nō solut. Sꝫ queꝗ a calido sicut
solū fiunt aūt liquefcūt a cali
do frigefcū coaglatur. ligna aūt
sunt t̄re et aeris ꝓꝑ qd̄ ustibilia
ꝛ nō liquabilia nꝫ mollificabi
lia et in aqua sup̄natant p̄t̄
ebanū. h̄ autem nō alia q̄d̄ eīs
aeris hūt plus ex ebano aūt
nigra euaporauit aer ꝛ ē pl̄
in ipa t̄re. lat̄ aūt t̄re solū ꝓꝑ
ea q̄ desiccatur coagletur sed
modicū nꝫ. n. meatus hꝫ per q̄
solum sp̄c exiuit nꝫ ignis coa
gulauit. n. ipe. Quid quid g̊
ē coaglatō ꝛ liquefcō ꝛ ꝓꝑ q̄d
et i quibꝫ ē dc̄m est. Ex hiis aūt
manifestū q̄ a calido ꝛ frigido
ꝯstant corpa et h̄ aūt ingrossā
cia ꝛ coagulancia faciūt opām
ipoꝝ ꝓꝑ ea q̄ ab hiis ꝯdita sꝫ
m oībꝫ m ē caliditas aliquibꝫ
autem et frigida qua deficit
Quia q̄m h̄ quid̄ existit ꝓꝑ fa
cere humid̄ aūt et siccū ꝓꝑ pati
p̄ticipant ipis cōia oībꝫ. ex
aqua quid̄ g̊ ꝛ t̄ra omomia
coꝝ ꝯstant et i plantis et i ali
bꝫ et queciꝫ metallant̄ uelud

aurū et argentū ꝛ queꝗ alia
talia ex hiis ipis et exalatōe
ea que utri⁹ os melusa sic̄ dc̄m
ē in alñs h̄ aūt distinct ad in
uicem et ad hiis que ad sensꝫ
ꝓꝑ ipis oīa et i posse ād facere al
bum. n. et bñ odorans et sona
tiuū et dulce et calm̄ ꝛ frīm i pos
se aliquid facere sensū. q̄. ꝛ a
liis magis ꝯientibꝫ passionibꝫ
queꝗ ipaſſiendo dr̄. Dico aūt
puta liq̄bile ꝛ coaglabile ꝛ fle
xibile et queꝗ alia talia oīa
eni talia passiua sicut humidū
ꝛ siccū. hiis aūt iam differt
hosi et caro ꝛ neruus ꝛ lignum
ꝛ cortex et lapis et alioꝝ uniūq̄
omomerū quid̄ n̄lusi aut corpo
rum. Dicam⁹ aūt p⁹ nūm ipoꝝ
queꝗ aūt fm p̄tōm et i p̄tōm di
cūtur. Sunt aūt coagulabile in
coagulabile liquabile issicabile
mollificabile. ī tangibile n̄ intā
gibile flexibile inflexibile fran
gibile nō frangibile ꝯ ductile n̄
ꝯ ductile comminutibile non comminutibile
ip̄ssibile nō imp̄ssibile. formabile
iformabile capibile nō capibile
trahibile nō trahibile. scissi^le^ nō
scissi^le^ detruncabile nō detruncabile
inscissū frangile ꝯmassabile nō
ꝯmassabile. ustib^le^ nō ustibile
exalabile non exalabile. plima
quid̄ g̊ fere corpm̄ hiis differūt
passionibꝫ. Omi aūt uniūq̄ꝫ
ipoꝝ hūt p̄tōm. Dicam⁹ de coa
gulabili quid̄ g̊ et i coagulabili
et liquabili ꝛ i liquabili dc̄m ē
quid̄ ul̄r p̄ius aūt redeam⁹ ꝛ nūc
corporū n. queꝗ coaglant̄ ꝛ ind̄u
rantur. h̄ quid̄ a calido paciūt. h̄
autem a frigido ꝛ calido quidem

desiccante humidum a frigido aut ex
primente calido quare hec quidem humidi
absencia. hec autem calidi. hec preciue
quecumque aque calidi. Queque ex
terre humidi que quidem quasi humidi ab
sencia. ab humido liquescunt non sic
conueniunt ut minores relicti sunt
pori quam aque moles uelut
later. Que autem non sic. hec humido
soluuntur uelut nitrum sales terra
que ex luto que autem calidi pri
uacione a calido soluuntur uelut
glacies. plumbum es. Qualia quidem
igitur coagulabilia et liquabilia di
ctum est et qualia illiquabilia.
Incoagulabilia autem quecumque aut non
habent humiditatem aquosam aut
non aque sunt sed plus calidi et
terre puta mel et mustum uelut fer
uencia. In sunt et quecumque aque
quidem habent sicut autem plus aeris
sicut oleum et argentum uiuum et si quid
uiscosum uelut gluten. Molli
ficabilia autem sicut coagulatorum
quecumque non ex aqua uelut gla
cies aque sed quecumque terre magis
et neque euaporauit totum humidum
sicut in uitro aut sale neque habet ut cla
rit sicut lac. hec autem trahibilia non
encia humectabilia aut ductibilia non encia aque mollificabilia
igne uelut ferrum et cornu et
ligna. Sunt autem liquabilium
et illiquabilium. hec quidem intingi
bilia. hec autem non intingibilia
uelut enim intingibile liquefactibile
eris. lana autem et terra intingibi
le. madefiunt enim et es quidem liquabile
non ab aqua liquabile sed ab ig
ne. liquabilium quedam non intin
gibilia uelut nitrum et sales neque
enim aliud intingibile. nisi quod

non mollius sit madefactum. Quedam
autem madefactibilia intingibilia
existencia non liquabilia. sunt uelut
lana et fructus. Sunt autem intingi
bilia quecumque terre existencia habent poros
maiores aqua mollibus existentibus
durioribus aqua liquabilia autem
aqua quecumque per totum. Sed habent poros
propter quod autem terra quidem et liquescit
et intingitur ab humido nitrum autem
liquescit quidem intingitur autem
non. quia in nitro quidem per totum
pori sunt diuiduntur mox ab aqua
partes. In terra autem permutati sunt
pori. Quare alterutrum suscepit distinct
passio. Sunt autem et hec quidem
corporum flexibilia et directibilia
uelud calamus et uimen. hec autem
inflexibilia corporum uelut later
lapis. Sunt autem inflexibilia
quidem et indirigibilia quorumcumque corporum
non potest longitudo in rectitu
dinem ex periferia et ex rectitu
dine in periferiam permutari et
flecti et dirigi est in rectitudinem
aut in periferiam transmutari aut
moueri et enim quod reflectitur et
quod deflectitur curuatur quidem ad
conuexitatem uel ad concauitatem
motus longitudine saluata
flexio est. Si enim et in rectum esset utique
simul flexum et rectum quod quidem
impossibile rectum flexum esse et si flec
titur esse aut flecti aut deflecti
horum autem hec quidem ad conuexu
m. hec autem ad concauum transmutatio
non utique erit et que ad rectum
laxatio. hec est flexio et rectifica
tio aliud et aliud et hec sunt fle
xibilia et rectificabilia et infle
xibilia et non rectificabilia et hec
quidem frangibilia simul et sigillati

puta lignum quod frangibile co
minuibile autem non glacies et
glacies autem et lapis comminuibile
frangibile autem non lac autem
et lapis frangibilis et comminuibil'
differt autem quia fractio est in ma
gnas partes divisio et separatio co
minutio in qualibet et plures
et duabus. ¶ Quecumque quidem sic coa
gulata sunt ut multos habeant masi
tudinatos poros et comminuibilia
usque ad hoc enim pertingit. quecumque autem
ad multum frangibilia. quecumque autem
aliorum et hec quidem impressibilia velut
es et cera. hec autem non impressibilia
velud lac ex aqua est autem impres
sio superficiei secundum partem in profundo
cessio pulsionem aut percussio
ne totaliter aut tactu. sunt autem
que talia et mollificabilia ve
lut cera manente alia superficie
secundum partem transmutatur et dura
velud es et non impressibilia et dura
velut lac. non enim cedit in profundum
superficies et humida velut aqua
cedit quidem hec non secundum partem. sed
contra transmutatur. impressibilium autem
quecumque manent impressionem passa
et bene impressibilia manu hec quidem
formabilia. hec autem et non bene
impressibilia. quod non manet ex
impressio velut lane autem sponge
non formabilia. hec capibilia hec
autem. Sunt autem capibilia quecumque
pulsa in se ipsa coire possunt in profundo
superficie secus mutata non diviso et
translata alia alibi parte velut
aqua facit hec enim eam transmittit.
Est autem pulsio motus a movente
qui fit a tactu percussio autem
cum elatione. ¶ Capiuntur autem
quecumque poros habent vacuos congeneri

corporis et capibilia hec quecumque possunt
in propria vacua coire autem in proprios
poros velut madefacta spongia
plena enim ipsius pori. sed quorumcumque
pleni sunt mollioribus quam ipsum
congenitum est coire in se ipsum.
¶ Capibilia quidem igitur sunt velut
spongia cera caro non capibilia
autem que non nata coire pulsio
ne in eos qui in ipso poros aut
quia non habent aut quia duriores
habent plenos. ferrum enim non capibile
et lapis et aqua et omne humidum.
tractibilia autem sunt quorumcumque po
test ad latus transmitti superficies. tra
hi enim est transmitti ad movens planum
continuum existens. Sunt autem hec quidem tra
hibilia velut corrigia nervus pasta
gluten. hec autem non trahibilia
velut aqua et lapis. hec quidem igitur
eadem sunt trahibilia et capibi
lia velut lana. hec autem non eadem
sicut flegma capibile quidem
non est trahibile autem et spongia
capibilis quidem non trahibilis autem.
Sunt autem et hec quidem ductibilia
velut es hec autem non ductilia velut
lapis et lignum. Sunt autem ductibi
lia quidem quecumque eadem percussione
possunt simul in latus et profundum vel sup
erficiem transferri secundum partem. ¶ Non
ductilia autem quecumque non possunt
sunt autem quidem ductibilia omnia et
impressibilia. impressibilia autem non
omnia ductilia velut lignum. in
tantum ad omne est ordine convertitur. Cap
tibilium autem hec quidem duplicia
hec autem non cera quidem et lutum ductili
lia. lana autem non lignum hec autem
non scissibilia velut later. Est autem
scissile quod potest dividi ad plus
quam dividens dividit. cum dividentem vadit

plus quam dividens dividit et procedit
divisio. Incontricabilia (?) autem non est hoc
non cassilia autem quecumque non possunt
pati. hoc est autem neque molle nimis cassile
dico autem simpliciter mollium et non ad
invicem. Si quidem enim et ferrum erit
molle neque durum omnia sed quecumque neque humida
sunt neque impressibilia neque compressibilia. Talia
autem sunt quecumque habent longitudinem
poros secundum quos adnascitur ad in
vicem sed non secundum latitudinem. Detruncabilia
autem sunt constantium duriorum
aut durorum aut mollium quecumque pos
sunt et non ex necessitate procedere divisionem
neque continue divisa. quecumque autem non
huiusmodi sunt. Talia detruncabilia
quedam autem sunt eadem et detrunca
bilia et cassibilia velud lignum. Sed
aut ad multum scissile quidem secundum longi
tudinem detruncabile autem secundum lati
tudinem quoniam enim dividitur unumquodque in multa
qua quidem longitudines multe que u
num detruncabile hac qua vero solum (?)
autem est cum tractibile autem humidorum
molle sunt. tale autem fit concatena
tione quecumque velud cathene componuntur
corporum hoc enim ad multum possibile extendi et
contrahi. quecumque autem non talia frangibilia.
Commassabilia autem quecumque capilla
lium mansionem habent capturam in
commassabilia autem quecumque aut non
totaliter capibilia aut non mansi
nam habent capturam. Et hec quidem
ustibilia velud lignum quidem ustibi
le et lana et os lapis autem et glacies
inustibile sunt. autem ustibilia quecumque
habent poros susceptivos ignis et
humiditatem in hiis quoniam secundum direc
tum poris debiliorem igne quecumque
enim non habent aut fortiorem velud
glacies et que valde viridia inusti
bilia. Exalabilia autem sunt corporum
quecumque humiditatem habent quidem sit autem
habent ut non evaporent ab igne eis
seorsum. enim est vapor que a calido usti
vo in aerem et spiritum segregatio ex humi
do madefactivo. exalabilia autem
tempore in aerem segregantur et hec quidem
dispariciam quidem sicca. hec autem terra fi
erit. Confert autem hec segregatio quia neque
madefacit neque spiritus fit. est autem spiritus fluxus
continuus aeris ad longitudinem.
exalatio autem est que a calido ustivo
coïs segregatio sicci et humidi aeris propter
quod quidem non madefacit sed colo
rat magis. Est autem que quidem
lignei corporis exalatio fumus. Dico
enim et ossa et pilos et omne quod tale
in eodem nomen enim iacet nominatum (?) sed
secundum analogiam cum in eodem omnia sunt
sicut et empedocles ait hec pili et folia et a
vium plume fiunt spisse et squame
sunt solida membra que autem pinguis
exalatio pinguis (?) que autem unctuosi
lenisca (?) propter hoc oleum non patitur epsesin (?)
neque ingrossatur quia exalabile est. Sed
non vaporabile. vinum autem quod quidem
dulce exalat. pingue enim et eius
eadem facit oleo neque enim a frigore
coagulatur. uritur quia est autem nomine
vinum opere autem non est non enim vinosus
humor propter quod non inebriat. quodcumque
autem vinum parvam autem habet exalationem
propter quod emittit flammam. Ustibilia autem
videntur esse quecumque in cinerem dissolvuntur
corporum. paciuntur autem hoc omnia quecumque
coagulata sunt autem a calido aut
ab ambobus frigido et calido hec enim
videntur obtenta ab igne minime
autem lapis sigillum vocatur carbunculus
ustibilium autem hec quidem inflammabilia
sunt hec autem non inflammabilia. horum
autem quedam carbonabilia. Sunt autem
inflammabilia quecumque non humida

encia exalabilia sunt. pix autem aut
oleum aut cera magis cum aliis quam
per se inflammabilia. Maxime autem quecumque
fumum emittunt. Carbonabilia autem
quecumque talium terre plus habent quam
fumi. Ad hunc autem quedam liquabilia
encia non inflammabilia velut li-
gnum. hec autem ambo velut thus
Causa autem quia ligna quidem per totum
habent humidum et per totum continuum est
ut perurantur. Es autem secus unum
quodque quidem preter non continuum autem
et minus quam ut flamma fiat. thus
autem hoc fit quidem hac autem illo modo
habet. inflammabilia autem sunt exalabi-
lium quecumque non liquabilia sunt propter
magis esse terre siccum enim habent commune
igni hoc si calidum sic fiat siccum
igni fit propter hoc flamma spiritus est fumus
ardens est. lignorum quidem igitur exalatio
fumus est cere autem et thuris et talium
et picis et quecumque habent picem aut
talia ligniis. Olei autem et quecumque
oleagenea habentia et quecumque minime
ardent sola quia parum habent sicci
habent transitum autem per hec. cum alio
autem citissime hoc enim est quod pingue
sic cum unctuosum exalancia
quidem humidi humidorum humida magis
ut oleum et pix ardencia autem sicci
His autem passionibus et his diffe-
renciis omiomerium corporum sicut
tantum est differunt ab invicem secundum tactum
et ad hunc saporibus et odoribus et
coloribus. Dico autem omiomerea ve-
lut que metallantur. es aurum
argentum stagnum ferrum lapidem
et alia talia et quecumque ex hiis
fiunt segregata. et que in animalibus
et plantis velut carnes ossa pel-
lis viscera pili es uene ex quibus
iam constant anomiomerea puta

facies manus pes et alia talia
Et in plantis. lignum cortex folium
radix et quecumque talia. Deinde autem
hec quidem ab alia causa existunt ex quibus
autem hec materia quidem siccum et humidum quare
aqua et terra hec enim evidentissimam
habent potentiam utriusque utrumque facientia
autem calidum et frigidum hec enim con-
stare faciunt et congelant et illis ac-
cipiamus omiomereorum qualia terre
species et qualia aque et qualia communis
sunt iterum corporum conditorum hec quidem
humida hec autem mollia hec autem dura
horum autem quecumque dura autem
mollia hec autem dura. horum enim quecumque
dura vel mollia congelacione dictum est
enim prius Humidorum quidem igitur quecumque
evaporant aque quecumque autem non aut
communia terre aut terre et aque velut
lac aut terre et aeris velut lignum
aut aque et aeris velut oleum et
quecumque quidem a calido coagulantur
communia. Dubitabit autem utique aliquis de vi-
no humidorum hoc enim et evaporabit utique
et ingrossatur sicut novum. causa autem
quia iam in una specie dicitur vinum et quia al-
terum alicubi novum enim magis terre quam
antiquum propter quod et ingrossatur maxime
calido et congelatur minus a frigido
habet enim et calidum multum et terre sicut
quod in archadia sic exsiccatur a fumo
in utribus ut conductum coaguletur.
Si autem omne vinum fecem habet sic
virtus que est aut terre autem aque aut
huius multitudinem habet Quecumque ex
a frigido ingrossantur terre quecumque
autem ab ambobus communia plurimi
velut oleum et mel et dulce
vinum Constitutorum autem quecumque quidem
congelata sunt a frigido aque ve-
lud glacies nix grando pruina
quecumque autem a calido terre velud later.

casens marinum sales. quecumque autem ab
ambobus talia autem sunt quecumque in
frigiditate hec et quecumque amborum
privatione et calidi et humidi simul egre
dientis cum calido sales quidem enim humi
di solius privatione coagulantur et quecumque
sincera sunt glacies autem calidi solius
hec autem amborum propter quod et ab ambobus
et humectantur ambo. Quorumcumque igitur quidem
totum exsiccatur velut lac aut elec
trum et enim electrum et quecumque dicuntur
ut lacrime infrigidatione sunt velut
mirra thus gummi et electrum et hec
genus videntur et coagulatur interceptarum
enim alia in ipso videntur a fluvio autem
calidum exiens velut cocti mellis
cum in aquam dimissis evaporat humi
dum hec omnia sunt et hec quidem illiqua
bilia et immollificabilia velut elec
trum in lapides quidem velut poros qui
in speluncis et enim hii similiter fiunt hiis
et non velut ab igne sed ut a frigido
exeunte calido coegredi humidum
ab ex ipso exeunte calido. In aliis autem
ab extrinseco igne. Quorumcumque autem non to
ta sunt quidem fiunt magis mollifi
cabilia autem velut ferrum et cornu
thus autem et talia similiter lignis eva
porant. Quoniam igitur liquabilia ponendum
et quecumque liquescunt ab igne. hec sunt
aquosiora quedam autem et communia
velut cera quecumque autem ab aqua
hec sunt quecumque autem nec ab altero horum
sunt autem in ambobus. Si igitur omnia quod
aut humida aut coagulata. horum
autem hec in dictis passionibus et non est
inter medium omnis utique erunt dicte quibus
discernemus utrum sunt aut aque aut
plurium communia et utrum ab igne constat
aut frigido aut ambobus. Aurum
quidem utique et argentum et es et sta
gnum et plumbum et vitrum et lapides
multi innominati aque omnia enim hec liquesci
unt calido. adhuc autem vina quedam
et urina et acetum et lexivium et serum
et sanies aque. omnia enim coagulantur
frigido. ferrum autem et cornu et unguis
et os et nervus et pilus et lignum et fo
lia et cortex sunt magis ad huc e
lectrum mirra et thus et omnia lacrime
et poros et fructus velut legumina
et frumentum que talia enim hec quod
valde hec autem minus terrea autem sunt hec
quidem enim mollificabilia. hec autem ex
alabilia et infrigidatione facta. Ad
huc marinum sales lapidum genera quecumque
neque infrigidatione neque coagulabilia
sanguis autem et genitura terre
communia et aque et aeris sanguis
quidem habens magis magis terre propter quod
frigorem coagulatur et humido li
quescit. non habentes autem magis aeris propter
quod et non coagulatur genitura et
coagulatur infrigidatione exeunte
humido cum calido. Qualia autem cali
da aut frigida coagulatorum aut fri
gidorum humidorum ex dictis oportet considerare
quecumque quidem igitur aque ut ad multum
frigida si non alienam habeant cali
ditatem velut lexivium urina vi
num quecumque autem terre ut ad multum
calida propter calidi operationem velud
calx et cinis. oportet autem accipere
sin[?] materiam frigidissima quedam esse quoniam enim
siccum et humidum materia hec enim passiva ter
rium autem corpora maxime terra et
aqua sunt hec enim frigiditate deter
minata sunt palam quod omnia
corpora quecumque utriusque simpliciter eli
frigida magis sunt si non habeant
alienam caliditatem velut fer
vens aqua que per cinerem colata
et enim hec [illegible] eam que extinere
caliditatem. In omnibus enim ignitis

caliditas aut amplior aut minor
propter quod et in putrefactione alia innascuntur
insunt enim caliditas que corrumpit
propriam unicuique caliditatem. Quecumque
autem omnia habent caliditatem ostendit
enim plurima a caliditate que di-
gessit. quedam autem putrefactiones
sunt velut sin tecta que habita quidem
sunt magis calida ut et sanguis et
genitura et medulla et lac et omnia
talia. Corrupta autem et egredien-
tia autem non relinquitur enim extra
exiis ut aqua propter quod ambo utrumque
videntur et hec quidem frigida hec autem
calida hec autem esse videntes quidam aiunt
non fiunt calida. cum autem separata
fiunt coagulata. hec quidem igitur sic
taliter ut definita est in quibus quidem
enim aque pars plurima frigida opponitur
enim hec maxime igni in quibus au-
tem autem aeris calidiora accidit
autem hec aliquando fieri frigidissima et calidis-
sima aliena caliditate. quecumque enim
maxime coagulata sunt et solidiora
sunt frigida maxime si augentur
velut aqua fit firmo et lapis a-
qua vivit magis quam autem de hiis
determinatum est per unumquodque dicamus
quid caro autem os aut aliorum omio-
merium non consistunt gratia ipsorum autem
generis unumquodque per generationem et celis quod
in omiomerum. Ex hiis autem non in
omnia opera nature. Sunt autem omnia
ut quidem ex his ex terris ut autem sim-
plicium ratione semper autem magis pa-
lam in posterioribus et totaliter quecumque
velud organa et gratia hec magis
enim palam quod qui mortuus homo equi-
voce sic enim et manus mortui equi-
voce quemadmodum et si fistule lapidee
dicantur velud enim et hec organa
quedam videntur esse unus autem

in carne et osse talia manifesta adhuc
autem in igne et aqua minus. Quod enim
cuius gratia minime hic palam nisi
plurimum materie sic enim et non extrema acci-
piantur. materia quidem nihil aliud preter ipsam
et medium aliud quam ratio tamen media
autem proportionaliter eo quod ad partem fit unum-
quodque quantum et horum quodque est gratia huius
et non omnibus modis hiis aqua
autem ignis sic neque caro neque viscera
hiis autem adhuc magis facies et
manus. Omnia autem sunt terminata
opere que quidem enim possunt facere ipsorum
opus vere sunt unumquodque puta oculus
si videt. quod autem non potest videre equi-
voce puta mortuus aut lapideus
neque enim serra que lignea nisi ut ymago
sic igitur ut caro. sed opus ipsius minus
palam quam quod lingue similiter autem et
ignis. sed adhuc forte minus manifestum in natura
quam terminus opus. similiter autem et que in
plantis et inanimata velut es et
argentum. omnia enim potentia quadam sunt
aut faciendi aut patiendi sicut
caro et nervus. sed rationes eorum non certe.
Quare quando existit et quando non facile
perspicere nisi valde depravata fiunt
et figure sole sunt relique ve-
lut antiquorum mortuorum corpora
subito cinis fiunt in sepulturis
et fructus solum figura per sensum
aut non vere inveterati valde et ex
lacte coagulata. Tales quidem
igitur partes caliditate et frigiditate
et motibus ab aliis contingit fieri coa-
gulatas calido et frigido dico
autem quecumque omiomera velud
carnem os pilos nervum et quecumque
talia. omnia enim differunt differunt predic-
tis differentiis tensione tractione com-
minutione duritie mollicie et aliis
talibus. hec autem a calido et frigido

[I]am motibus fuit mixtis. Constituta autem ex hiis que a nominatis sunt, vel iterum ad hec videbuntur velud caput aut manus aut pes. Sicut et fiendi es quidem aut argentum causa frigiditatis et caliditatis et motus, fiendi autem serram aut fialem aut archam non adhuc, sed hic quidem ars, ibi autem natura vel aliqua causa alia. Sic igitur habemus causam eius unumquodque omeomerorum accipiendum secundum unumquodque quid est, puta quid sanguis aut caro aut sperma aut aliorum unumquodque. Sic enim scimus unumquodque propter quid et quid est, si rationem aut materiam habeamus, maxime cum ambo generationis et corruptionis et unde principium motus. Manifestatis autem hiis similiter omeomera considerandum et tandem ex hiis constituta velud hominem plantam et alia talia.

Bonorum honorabilium noticiam opinantes, magis autem alteram altera aut secundum certitudinem aut ex eo quod meliorum quidem et mirabiliorum est, propter utraque hec anime hystoriam rationabiliter utique in primis ponemus. Videtur autem et ad veritatem omnem cognitio ipsius multum proficere, maxime autem ad naturam; est enim tanquam principium animalium. Inquirimus autem considerare et cognoscere naturamque ipsius et substantiam, postea quecumque accidunt circa ipsam; quorum alie proprie passiones videntur, alie autem propter illam et animalibus inesse. Omnino autem et penitus difficillimorum est accipere aliquam fidem de ipsa. Cum enim sit quod commune multis aliis, dico autem circa substantiam et quod quid est, fortassis alicui videbitur una quedam methodus esse de omnibus de quibus volumus cognoscere substantiam, sicut et eorum que sunt accidentium propriorum demonstratio. Quare querendum utique erit methodus istam. Si autem non est una quedam et communis methodus de eo quod quid est, amplius difficilius fit negotiari. Oportebit enim accipere circa unumquodque quis modus. Cum autem manifestum fuerit utrum demonstratio aliqua sit aut divisio aut et alia aliqua methodus, adhuc multas habet dubitationes et errores ex quibus oportet querere. Alia enim aliorum principia sunt, sicut numerorum et planorum. Primum autem fortassis necessarium est dividere in quo genere et quid sit; dico autem utrum hoc aliquid et substantia sit aut qualitas aut quantitas aut et quedam alia divisorum predicamentorum. Adhuc autem utrum eorum que sunt in potentia aut magis endelichia quedam sit; differt enim non parum. Considerandum autem et si partibilis sit aut impartibilis, et utrum similis speciei omnis anima an non; si autem non similis speciei, utrum specie differentem aut genere. Nunc quidem enim dicentes et querentes de anima de humana solum videntur intendere. Formidandum autem quatinus non lateat utrum una ratio ipsius est sicut animalis, aut secundum unumquodque altera, ut equi, canis, hominis, dei; animal autem universale aut nichil est aut posterius. Similiter autem et si aliud quid commune dicetur. Amplius autem et si non multe anime, sed partes, utrum oportet querere prius totam animam aut partes. Difficile autem et harum determinare quales apte nate sunt altere ab invicem. Et utrum partes oportet querere prius aut opera ipsarum, ut intelligere aut sentire

et sentire aut sensitivum. Similiter autem et
in aliis. Si autem opera prius, iterum
utique dubitabit aliquis si opposita horum
prius querendum, sicut sensibile sensitivo
et intelligibile intellectivo. Videtur
autem non solum quod quid est cognoscere
utile esse ad cognoscendum causas acciden-
tium substantiis, sicut in mathematicis quid
rectum et quid obliquum et quid
linea et planum ad cognoscendum
quot rectis trianguli anguli sunt
equales, sed et econverso accidentia conferunt ma-
gnam partem ad cognoscendum
quod quid est. Cum enim habeamus tradere secundum fan-
tasiam de accidentibus aut omnibus aut
pluribus, tunc et de substantia habebimus dicere
aliquid optime. Omnis enim demonstrationis
principium est quod quid est. Quare secundum
quascumque diffinitiones non contingit
accidentia cognoscere, sed neque yma-
ginari de ipsis facile, manifestum quod
dialetice dicte sunt et vane omnes.

Dubitationem autem habent et pas-
siones anime, utrum sint communes omnes
et habentis, an sit aliqua et anime propria
ipsius. Hoc enim accipere quidem necessarium est,
non autem leve. Videtur autem plurimorum quidem
nullam sine corpore pati neque facere, ut
irasci, confidere, considerare, omnino
sentire. Maxime autem assimilatur
proprio intelligere. Si autem est et hoc fantasia
quedam aut non sine fantasia,
non contingeret utique neque hoc sine corpore
esse. Si quidem igitur est aliquid anime oper-
um aut passionum proprium, contingeret
utique ipsam separari. Si vero nullum est
proprium ipsius, nequaquam erit utique separabilis,
sed sicut recto in quantum rectum multa ac-
cidunt, ut tangere eream speram
secundum punctum, non tamen tanget ab hoc
separatum rectum; inseparabile enim, siquidem
semper cum quodam corpore est. Videntur

autem et anime passiones omnes esse cum
corpore, ira, mansuetudo, timor, misericordia,
confidentia, adhuc gaudium et ama-
re et odire; simul enim his patitur aliquid
corpus. Indicat autem hoc habitudinis quandoque
et manifestis passionibus contingen-
tibus nichil exacerbari aut timere, aliquando
et a parvis et nobilibus moveri, cum acce-
datur corpus et sic se habeat cum iras-
citur. Adhuc autem magis hoc
manifestum; nullo enim terribili imminente
in passionibus fiunt hiis aliquid timen-
tes. Si autem sic habet, manifestum quod pas-
sionum rationes in materia sunt. Quare
termini tales ut irasci motus quidam ta-
lis corporis aut partis aut potentie
ab hoc gratia huius; et propter hoc iam physici
et consideratum de anima, aut omni aut huiusmodi.
Differenter autem diffiniret physicus et dia-
leticus utrumque ipsorum, ut iram quid;
hic quidem enim appetitum recontristatio-
nis aut aliquid huiusmodi, ille autem fervorem
sanguinis aut calidi circa cor. Horum
autem alius quidem assignat materiam,
alius vero speciem et rationem. Ratio quidem enim
hec species rei. Necesse est autem hanc esse
in materia huiusmodi si erit. Sicut domus ratio quidem
talis, quoniam operimentum prohibens
corruptiones a ventis et ymbribus
et caumatibus; hic autem dicet lapides
et lateres et ligna, alia autem in hiis
speciem propter ista. Quis igitur horum physicus?
utrum qui circa materiam rationem
autem ignorans, aut qui circa rationem
solum, aut magis qui ex utrisque?
Illorum autem quis utrumque? aut non est
aliquis qui circa passiones materie non
separabiles neque inquantum separabiles,
sed physicus circa omnes quecumque talis corporis
et huiusmodi materie opera et passiones sunt;
circa quascumque autem non huiusmodi alius, et de
quibusdam quidem artifex est si con-

contingat ut instructor aut medicus. Non separabilium quidem inquantum autem non talis corporis passiones et ex abstractione mathematicus. Secundum autem quod separata primus philosophus. Sed redeundum est unde sermo. Dicebamus autem quod passiones anime non separabiles a phisica materia animalium in quantum tales existunt furor et timor et non sicut linea et planum. Intendentes autem de anima necesse est simul dubitantes de quibus oportet dubitare cum prioribus sequentes priorum opiniones comprehendere quicumque aliquid de ipsa enuntiaverunt ut bene quidem dicta accipiamus. Si quid autem non bene hoc vereamur.

Principium autem questionis apponere que maxime videntur ipsi inesse secundum naturam. Animatum enim ab inanimato duobus maxime differre videtur motu et sensu. Accepimus autem et a progenitoribus fere duo hec de anima. Dicunt enim quidam et maxime et primo animam esse id quod est movens. Existimantes autem quod non movetur ipsum non contingere movere alterum eorum que moventur aliquid animam sic arbitrati sunt esse. Unde Democritus quidem ignem quendam et calorem dicit esse ipsam. Infinitis enim existentibus figuris et athomis que sperica rotunde ignem et animam dicit ut in aere mota que vocantur decisiones que videntur per foramina in radiis quorum omne semen elementa dicit Democritus totius nature. Similiter autem et Leucippus. Horum autem sperica animam propter id quod maxime possunt per omne penetrare huiusmodi figure et movere reliqua cum moveantur et ipsa arbitrantes animam esse efficiens animalibus motum. Unde et vivendi terminum esse respirationem. Constringente enim eo quod continet corpora et extrudente figurationes prebentes animalibus motum ex eo quod non est ipsas quiescere in illa tamen auxilium fieri deforis ingredientibus aliis huiusmodi in respirando. Prohibent enim has et que insunt animalibus disgregari simul prohibentes constringens et congelans et vivere autem quousque possunt hoc facere. Videtur autem et a Pythagoricis dictum eandem habere intelligentiam. Dixerunt enim quidam ipsorum animam esse que in aere decisiones alii autem has movens. Ex his autem dictum est propter id quod continue videntur moveri et si sit tranquillitas omnino. In idem autem feruntur et quicumque dicunt animam esse quod se ipsum movens. Videntur enim hii omnes existimasse motum maxime proprium esse anime et alia quidem omnia moveri propter animam ipsam autem a se ipsa propter nichil videre movens quod non et ipsum moveatur. Similiter autem et Anaxagoras animam dicit esse moventem et si aliquis alius dixit quod omne movet intellectus non tamen penitus sicut Democritus. Ille quidem enim simpliciter dicit idem esse animam et intellectum. Verum autem esse quod videtur unde bene facere Homerum quod Hector iacet alia sapiens. Non itaque utitur intellectu tamquam potentia quadam que est circa veritatem sed idem dicit animam et intellectum. Anaxagoras autem minus certificat de ipsis. Multotiens quidem enim causam eius quod bene et recte dicit intellectum alibi autem intellectum hunc esse animam. In omnibus enim ipsum inesse animalibus magnis et parvis et honorabilibus et inhonorabilibus. Non videtur autem secundum prudentiam dictus intellectus omnibus similiter inesse animalibus sed neque omnibus hominibus. Quicumque quidem igitur in motu animati

alspexime. hii quidem maxime motivi
opinati sunt animam esse. Quicumque autem
ad cognoscere et sentire ea que sunt
isti dicunt animam principia alii quidem
plura facientes alii non unum hec.
Sicut empedocles quidem ex elementis quidem
esse omnibus et unumquodque horum animam di
cens sic etiam quidem terra cognoscimus
ethera aqua autem aquam. sed igne ig
nem manifestum est concordia autem
concordiam. discordiam discordie.
eodem autem modo et plato in thymeo
animam facit ex elementis. cognosci enim
simile simili. res autem ex principiis esse
similiter autem et in hiis que de phy
sica dicta determinatum est ipsum quod
animal ex ipsa unius idea et ex prima
longitudine latitudine et altitu
dine alia autem similiter modo ad hunc au
tem alii intellectum quidem unum scientiam
autem duo. singulariter enim ad unum
planam autem numerum opinionem sensum
vero enim qui firmi numeri quidem enim
species et principia eorum dicebantur
sunt autem et ex elementis. Iudicantur autem
res alie quidem intellectu alie vero
scientia alie autem opinione alie vero
sensu. species autem numeri hii rerum.
Quoniam autem et motivum videbatur
anima esse et cognoscitivum sic quidam
complexi sunt. ex utrisque enunciantes
animam esse numerum moventem se ipsum
Differunt autem de principiis que et
quot. maxime quidem corporalia facientes
in corporeis. hiis autem miscentes
et ab utrisque principia enunciantes
differunt autem et de multitudinem.
hii quidem enim unum illi vero plura dicunt
consequenter autem hiis et animam assignant
motivum enim secundum naturam primorum existi
masunt non irrationabiliter. unde quibusdam
tamen visum est ignem esse. Et enim hic

in partibus subtilissimus est et maxime
elementorum incorporeum. ad hunc autem
modum quoque et movet alia primo. Demo
critus autem dubius dixit enun
cians utrumque horum. animam enim
quidem et intellectum idem. Istud autem
esse primorum et indivisibilium corporum
motivum autem propter subtilitatem partium
et figuram. figurarum autem levem
mobilissimam speciem dicit hii autem
esse intellectum et ignem. Anaxagoras
autem videtur quidem alterum dicere animam
et intellectum sicut diximus prius. u
titur autem utrisque sicut una natura
verumptamen intellectum ponit principium
maxime omnium. solum quoque dicit ipsum
eorum que sunt simplicem esse
et immixtum et purum. assignat autem
utrique eidem principio cognoscere
quoque et movere dicens intellectum mo
vere omne. Videtur autem et tales
ex quibus rememoratur motivum ad
animam opinari. Si quidem dixit la
pidem animam habere quoniam ferrum movet
Dyogenes autem sicut et alii quidam
aerem hunc opinans omnium subtilis
simum esse et principium et propter hoc cognos
cere et movere animam. Sed quidem
est primum et ex hoc reliqua cognoscere
hic vero quod subtilissimum est motivum
esse. Eraclitus autem principium esse
dicit. Si quidem vaporem ex quo
alia constituit et incorporalissimum
autem et fluens semper. Quod vero
moto moto cognoscitur. In motu autem
esse que sunt et ille arbitratur et
multi. Similiter autem hiis et alcmeon
opinari videtur est de anima dicit enim
ipsam immortalem hic autem inesse ipsi
tamquam modo semper. Opinatur enim
et divina omnia continue semper lunam
solem astra et totum celum. magis autem

motum et a quibusdam enunciaverunt
ut ypus. Grossiores vero nisi sunt et
genituram que omnium humida est. Et
namque arguit sanguinem dicentes animam
quoniam genitura non est et sanguis
hanc autem esse primam animam. Alii
autem sanguinem quemadmodum crycias
ipsum sentire anime magis proprium
opinantes. Hoc autem inesse propter ipsum
sanguinem. Omnia enim elementa preter terram
iudicem acceperunt. Hanc enim nulli
protulerunt nisi si aliquis dixerit
ipsam esse ex omnibus elementis aut omnia.

Diffiniunt autem omnes animam tribus
ut est dicere motu sensu in-
corporeo. Horum autem unumquodque re-
ducitur ad principia. Unde et in cog-
noscendo diffinientes ipsam aut
elementum aut ex elementis faciunt dicentes
similiter invicem preter unum. Dicunt enim simile
cognosci simili. Quoniam enim anima omnia
cognoscit constituunt enim eam ex omnibus
principiis. Dicentium quidem unam ali-
quam dicunt causam et elementum unum
et animam unum ponunt ut ignem
autem aerem. Plura vero dicentes principia
et animam plura dicunt. Anaxagoras autem
solus impassibilem dicit intellectum
et communem nichil nulli aliorum habere. Hic autem
cum sit quo cognoscet et propter quam
causam neque ille dixit neque ex hiis que
dicta sunt conspicuum est. Quicumque
autem contrarietates faciunt in prin-
cipiis et animam ex contrariis constituunt.
Quidam autem alterum contrariorum calidum
aut frigidum aut aliud huiusmodi
et animam similiter unum horum ponunt.
Unde et nominibus consequuntur. Quidam
calidum dicentes quoniam propter hoc et vivere
nominatum est. Quidam autem frigidum
propter respirationem et refrigerationem
vocari animam. Tradita quidem sunt de
anima et propter quas causas
dicunt sic. Hec sunt.

Considerandum autem primum quidem
de motu. Fortassis enim non solum
falsum est substantiam ipsius huiusmodi esse qualem ai-
unt dicentes animam esse quod se ipsum
movens aut potens movere. Sed unum
quiddam impossibilium inesse ipsi motum.
Quod quidem igitur non necesse sit movens
et ipsum moveri prius dictum est. Dupliciter
enim movetur omne aut enim
secundum aliud aut secundum se ipsum. Secundum aliud autem
dicimus quecumque moventur ex esse in eo
quod movetur ut naute. Non enim similiter
moventur et navis. Hec quidem enim secundum
se ipsam movetur illi autem ex esse in
eo quod movetur. Manifestum autem in partibus. Proprius
quidem enim est motus pedum ambulatio. Hic autem
et hominum est. Non inest autem nautis
tunc. Dupliciter autem utique dicto moveri
nunc intendimus de anima si per se ipsam
movetur et participat motu. Cum qua-
tuor autem motus sint, lationis
alterationis augmenti et
decrementi aut secundum unum horum movebitur
aut secundum plures aut omnes. Si vero movetur
non secundum accidens, natura inerit motus ipsi.
Si autem hoc et locus. Omnes enim dicti
motus in loco sunt. Si autem est
substantia anime movere se ipsam, non secundum
accidens moveri ipsi inerit sicut albo
et tricubito. Moventur enim et hec
sed secundum accidens. Cui enim insunt movetur illud
corpus. Unde non est locus ipsorum. Anime
autem erit si quidem natura participat.

Amplius autem si natura movetur et vio-
lentia movebitur et si violentia et natura.
Eodem autem modo se habet de quiete.
In quod enim movetur natura et quiescit in hoc
natura. In quod autem violentia qui-
escit hoc violentia. Quales
autem violenti motus anime erunt et

quietes sed fingere volentibus facile
non reddere. Amplius autem si quidem
sursum movebitur ignis erit. Si vero de-
orsum terra. horum enim corporum motus hii.
Eadem autem ratio et de mediis. Amplius
quoniam autem videtur movere corpus
rationabile est hiis movere motibus
quibus et ipsa movetur. Si autem hec
et convertentibus dicere verum quod secundum quod
corpus movetur hoc et ipsa. Corpus
autem movetur secundum loci mutationem quare
et anima mutabitur secundum corpus aut
tota aut partem transmutata. Si autem
hoc contingit et exeuntem iterum ingredi
aliquid. hoc autem sequitur resurgere mor-
tua animalium. Secundum accidens autem ab aliquo
si ab alio moveatur. Expelletur
enim utique violentia animal. Sicut non oportet autem
animam se ipso motum in substantia. hoc ab alio
motum nisi secundum accidens sicut neque quod
quidem secundum se bonum aut propter seipsum hoc
quidem propter aliud esse. hoc autem alterius gratia
animam autem maxime dicet aliquis
utique a sensibilibus moveri. Si quidem mo-
vetur at vero et si movet ipsa se ip-
sam et ipsa movebitur utique. Quare
omnis motus extasis est eius quod movetur et
anima exstabit utique a substantia ipsius si
se ipsam non secundum accidens se moveat
sed est motus substantie ipsius per se.

Quidam autem et movere animam
dicunt corpus in quo est sicut
ipsa movetur ut Democritus similiter dicens
Philippo comediarum doctori tale.
Dicit enim Dedalum mobile fecisse
ligneam Venerem effundentem ar-
gentum fusile. Similiter autem et Demo-
critus dicit. Moveri enim dicit indi-
visibiles speras propter id quod apte
nate sunt nusquam manere comovere et
movere corpus omne. Nos autem
interrogabimus si et quiescere facit
hec idem. Quomodo autem faciet difficile
aut impossibile dicere. Omnino autem non sic
videtur anima movere animal sed per volun-
tatem quandam et intellectum. Eodem
autem modo et Thimeus physiolo-
gizat animam movere corpus. In eo enim quod
est movere ipsam et corpus movere propter id quod
complexa est ad ipsum. Constitutam enim
ex elementis et divisam secundum armonicos
numeros quatinus connaturalem sensum
armonie habeat et ut omne feratur
secundum consonantes motus aspectum
rectum in circulos reflexit et dividens
ex uno in duos circulos dupliciter coor-
dinatos iterum unum divisit in septem
circulos tamquam existentes celi motus
anime motus.

Primum quidem igitur non bene dicere animam
magnitudinem esse. eam enim que est cor-
poris talem esse vult qualis est aliquando vo-
catus intellectus. non enim velud sensitiva
est neque ut desiderativa. horum enim motus non
circulatio est. Intellectus autem unus et con-
tinuus est. Sicut et intelligentia intellecta.
autem intellecta. hec autem eo quod consequenter
unum sicut numerus. sed non sicut magnitu-
do. propter quod neque intellectus sic continuus
sed aut impartibilis aut non sicut magni-
tudo aliqua continuitas. Qualiter
enim intelliget magnitudo cum sit
quacumque parcium ipsius parte aut secundum ma-
gnitudinem aut secundum punctum si oportet
et hoc dicere. Si igitur secundum punctum hec autem infi-
nita manifestum est quia nequaquam pertran-
sibit. Si vero secundum magnitudinem
multociens infinities intelliget idem.
Videtur autem et semel contingens.
Si autem sufficiens quibuslibet partium tangere
quid oportet circulo moveri aut et omnino
magnitudinem habere. Si autem necessarium
intellectu toto circulo tangentem
quis est partibus tactus. Amplius quo

intelliget partibile impartibili aut impartibile partibili. Necessarium autem intellectum esse circulum hunc. Intellectus quidem enim motus intellectio, circuli autem circulatio. Si igitur intellectio circulatio, et intellectus utique erit circulus cuius hec circulatio sit intellectio. Semper autem quid intelliget? Si quidem perpetua circulatio. Practicorum quidem enim intellectuum termini sunt; omnes enim alterius causa sunt. Speculative autem rationibus similiter terminantur. Ratio autem omnis diffinitio est aut demonstratio. Demonstrationes autem et a principio et habent quodammodo finem, sillogismum aut conclusionem. Si autem non concluduntur, sed non reflectuntur iterum in principium, accipientes semper medium et extremitatem in recte procedunt. Sed circulatio iterum in principium reflectitur. Diffinitiones autem omnes finite sunt. Amplius autem si eadem circulatio multotiens est, oportebit multotiens intelligere idem.

Adhuc autem intellectio assimilatur cuidam quieti et statui magis quam motui, eodem modo et sillogismus. At vero neque beatum quod non facile, sed violentum. Si autem est motus ipsius non substantia, extra naturam utique movebitur. Laboriosum autem est commisceri corpori nec posse absolvi, et adhuc fugiendum, si quidem melius est intellectui non cum corpore esse, quemadmodum et consuetum est dici et multis videtur. Inmanifesta autem et circulationis ferri celum causa. Neque enim anime substantia causa circulariter ferri, sed per accidens sic movetur, neque corpus causa, sed anima magis illi. At vero neque quia melius dicit; et oportebit propter hoc facere circulariter ferri animam, quia dignius sit ipsam moveri quam manere, moveri autem sic quam aliter. Considerationi autem hec intentio est aliis rationibus magis propria. Hanc quidem dimittamus nunc.

Illud autem inconveniens accidit et huic rationi et pluribus que de anima sunt. Copulant enim et ponunt in corpus animam, nichil determinantes propter quam causam et quomodo habente corpore. Tamen videtur hoc utique necessarium esse. Propter enim communicationem hoc quidem facit, hoc autem patitur, et hoc quidem movetur, illud autem movet. Illorum autem nichil inest ad invicem quibuscumque. Hii autem solum conantur dicere quale quid est anima, de suscipiente autem corpore nichil adhuc determinantur tamquam contingens nichil adhuc determinant tamquam contingens sit secundum pytagoricas fabulas quamlibet animam in quolibet corpus ingredi. Simile itaque dicunt sicut si aliquis dicat tectonicam in fistulas ingredi. Oportet enim artem quidem uti organis, animam autem in corpore. Videtur enim unumquodque proprium habere speciem et formam.

Alia autem opinio quedam tradita est de anima, credibilis quidem multis et nichil minus hiis que dicte sunt, rationes autem tamquam directi prebens et in quam factis rationibus. Armoniam enim quandam dicunt, et enim armoniam temperantiam et compositionem contrariorum esse, et corpus componi ex contrariis. Et quidem armonia quedam ratio compositorum est aut compositio; animam quidem neutrum possibile est esse horum. Amplius autem movere non est armonie, anime autem attribuunt hoc omnes. Congruit autem magis de sanitate dicere armoniam et omnino de corporis virtutibus quam de anima. Manifestum autem si aliquis temptaverit reddere passiones et opera anime armonie cuidam; difficile enim adaptare. Amplius autem

qui dicunt armoniam in duo res-
picientes maxime quod propria ma-
gnitudini in habentibus motum et
positionem et compositionem ipsarum cum sic congru-
ant ut nullum congeneum permittant
hinc autem et eorum que mixta sunt rationem
neutro quidem igitur modo rationabile. compositionem
autem partium corporis multum in-
vestigabilis est. multe enim compositiones
partium et multipliciter sunt. ¶ Cuius igitur et
quo congruit accipere intellectum
compositionem aut etiam sensitivum
et appetitivum. similiter autem et inconveniens
et rationem mixtionis esse animam. non enim
eandem habet rationem commixtio elementorum
secundum quam caro et secundum quam os. accidet
igitur multas animas habere et secundum omne corpus
siquidem omnia ex elementis commixta
sunt commixtionis autem ratio armo-
nia et anima. Investigabit autem utique
aliquis ab Empedocle. unumquodque enim horum
ratione quadam dicit esse. utrum igitur
ratio anima est aut magis altera existens
innascitur membris. amplius utrum concordia causa est
mixtionis causa aut eius que secundum
rationem. et hoc utrum ratio est aut altera ab
hac ratione. hec quidem igitur habent huius dubi-
tationes. si vero altera anima est a mixtione
ne quid igitur simul carnis esse interimitur
et aliis partibus animalis et hoc autem
si quidem non unaquaque partium habet
animam si non est anima deficiente. ¶ Quod
quidem igitur non armoniam possibile est et
animam neque circulariter moveri manifestum
est ex dictis. secundum accidens autem moveri
sicut diximus est et movere se ip-
sam ut moveri quo in qua est. hoc autem
moveri ab anima. aliter autem non est possibile
moveri secundum locum ipsam.

Rationabilius autem dubi-
tabit utique aliquis de ipsa
tamquam que movetur in hiis considerantibus
dicimus enim animam tristari gaudere
confidere timere. amplius autem irasci
et sentire et intelligere. hec autem omnia
motus esse videntur. unde opinabitur
aliquis ipsam moveri. hoc autem non est
necesse. si enim et maxime gaudere aut
dolere aut intelligere motus sunt et unum-
quodque moveri, moveri autem est ab anima
ut irasci aut timere in eo quod cor
quodam modo moveri, intelligere autem huius
forsitan alterum aliquid horum autem acci-
dunt alia quidem secundum loci muta-
tionem quorundam motorum alia vero secundum
alterationem. qualia autem et quo
alterius rationis est. dicere autem irasci animam
simile est et si aliquis dicat eam texere
vel edificare. melius autem fortassis
est non dicere animam misereri aut addi-
scere aut intelligere. sed hominem anima. hoc
autem non tamquam motu in illa. sed aliquando
quidem usque ad illam aliquando autem ab illa
ut sensus quidem ab hiis, reminis-
centia vero ab illa ad motus qui sunt
in sensibilibus organis aut quietes.
Intellectus autem videtur inesse substantia quedam
existens et non corrumpi. Maxime
autem corrumperetur utique ab ea que est
in senio debilitate. Nunc autem forte
quemadmodum in sensitivis accidit. si enim ac-
ciperet senior oculum iuvenis vide-
bit utique sicut et iuvenis. quare senium
non est in sustinendo aliquid animam sed in
quo sicut in ebrietatibus et infir-
mitatibus. intelligere autem et considerare
aliquando consumuntur marcescente alio quo-
dam intus corrupto. ipsum autem
impassibile est. ¶ Intelligere quidem autem amare
aut odire non sunt illius passio-
nes sed huius habentis illud secundum quod illud
habet. ¶ Quare et hoc corrupto neque
memoratur neque amat. non enim
illius erant sed communis quod quidem

f

destructum est. Intellius autem fortas
sis dicimus aliquid et impassibile est. Quod
quidem igitur non possibile moveri animam
manifestum est ex hiis. Si autem penitus
non movetur manifestum quoniam neque a se ipsa.
Ultimum autem hiis que dicta sunt
esse irrationabili dicere animam esse
numerum moventem se ipsum. Insunt enim hiis
impossibilia primo quidem ex ipso moveri
accidentia propria autem ex eo quod dicunt ipsam
esse numerum. Quomodo enim oportet intelligere unitatem
motam et a quo et quomodo impartibilem
et indifferentem existentem si namque
est motiva et mobilis differre debet.
Amplius autem quoniam dicunt lineam motam
planum facere punctum autem lineam et
unitatem motus linee erunt puncti
enim unitas est positionem habens. Numerus autem
anime iam alicubi et positionem habet. Amplius
autem a numero si auferatur aliquis numerus
aut unitatem relinquitur alius numerus
plante autem et alium multa divisa
vivunt et videntur eandem habere animam
specie. Videbitur autem utique nichil differre
unitates dicere aut corpora parva. Et
namque quod ex democriti speris si fiant
puncta. Solum autem maneat quantitas
erit aliquid in ipso hoc quidem movens illud
autem quod movetur sicut in continuo. Non enim
propter hoc quod est magnitudine differt aut
parvitate. Accidit quod dictum est. Sed quod quan-
tum unum necesse est aliquid esse movens uni-
tatum. Si autem in animali quod movens
anima et in numero. Quare non movens
et quod movetur est anima sed movens solum.
Contingit autem quodammodo hanc
unitatem esse. Oportet enim ipsi inesse quandam
differentiam ad alias puncti autem solitarii
que utique differentia erit nisi positio. Si quidem igitur
sunt alie in corpore unitates et puncta
ta in eodem erunt unitates obtine-
bit enim locum puncti. Et tamen quid prohibet

in eodem esse si due sunt et infinitas
quorum enim locus indivisibilis est et ipsa.
Si autem in corpore puncta numerus anime
aut si qui corporis que in corpore puncto-
rum numerus anima. Quare non omnia
habent animam corpora puncta enim in omnibus
videntur esse et infinita. Amplius
autem quomodo possibile est separari puncta et ab-
solvi a corporibus. Si quidem non divi-
duntur linee in puncta. Accidit autem
sicut diximus sic quidem idem dicere cum
quibusdam subtilius partium ipsam ponen-
tibus sic autem sicut democritus
motum dicit ab anima proprium inconveniens.
Si quidem enim anima in omni eo quod sentit
corpore necesse est in eodem duo esse
corpora. Si corpus aliquid anima. Numerum
autem dicentibus in uno puncto
puncta multa et omne corpus animam habere
nisi quecumque numerus differens fiat
et in aliis ab hiis que in corpore punc-
torum. Accidit quod animal moveri a numero
sicut et democritum diximus ipsum mo-
vere. Quid enim differre dicere speras
parvas aut unitates magnas quoniam
omnino unitates fieri utrobique enim necesse
est movere animal in eo quod moventur
ipse. Complectentibus igitur in unum numerum
et motum hec quidem accidunt et multa
alia huius non solum enim diffinitionem
anime impossibile est esse hec et accidens. Manifestum
est autem si quis argumentari interpretetur ex ista
hac passiones et opera anime reddere
ut cogitationes sensus leticias
tristicias et quecumque alia huiusmodi sicut enim
diximus prius nec divinare facile est.
Tribus autem existentibus
modis traditis secundum quos
diffiniunt animam alii quidem maxime
motivam enunciaverunt in movendo
se ipsum alii autem corpus subtilissimum
aut incorporalissimum aliorum. Hec autem

quas dubitaciones et sub contrarietates
hnc pertimimus fere. Reliquitur
autem considerare quomodo dicitur ex elementis
ipsam esse omnino. quatenus sentiat
ea que sunt. et unumquodque cognoscat.
Necessarium autem est accidere multa et impossibilia
rationem ponunt enim cognoscere simile simili
tamquam faciat si animam res ponentes.
Non sunt autem hec sola multa. non et alia
magis autem fortassis infinita
numero. que sunt ex hiis ex quibus
quidem igitur est unumquodque horum cognoscere
animam et sentire. set compositum non
cognoscet neque senciet ut quid deus
aut homo. aut caro aut os. similiter autem
quodlibet aliorum compositorum. Non enim quolibet modo se
habencia elementa horum unumquodque set ratione
quadam et compositione. quemadmodum dicit
empedocles. os et terra adunabilis et bene
apertis applicationibus unarum
ex octo partibus sortitum est per nati
lius. quatuor autem ignem os et
humus coaptata in amphis di
fusionibus duas ex octo partibus
sortitum est quatuor vulcano ossa
autem alba facta sunt. Nichil igitur pro
fectus est elementa in anima esse nisi et rationes
inerunt et compositio. Cognoscet enim
unumquodque simile os autem aut hominem
nichil nisi hec inerunt. hec autem
quod impossibile sit nichil oportet dicere quis enim
dubitabit si erit in anima lapis
aut homo. similiter autem et bonum et non
bonum. Eodem autem modo et de aliis.
Amplius autem cum multipliciter dicatur
id quod est significat enim aliud quidem hoc
aliud autem quantitatem aut qualitatem
aut et quandam aliud diui
sorum predicamentorum unum ex omnibus erit
anima aut non. set non videntur communia
omnium esse elementa. Si igitur quecumque elementa sit
ex hiis solum quomodo igitur cognoscet

et aliorum unumquodque aut dicent unumquodque
genus esse elementa et principia propria ex
quibus animam constare erit igitur quali
tas et quantitas et substancia. Set impossibile est
ex quantitatis elementis substanciam esse et non
quantitatem. Dicentibus itaque ex omnibus
hec et huiusmodi alia accidunt. Incon
ueniens autem et dicere quidem impassibile
esse simile a simili sentire autem simile et
cognoscere simile simili. sentire
autem pati quoddam et facere et moueri
posuerunt. Similiter autem et cognoscere
intelligere. Multas autem dubitationes
difficultates habet ipsum dicere sicut
empedocles. quod corporeis elementis singula
cognoscuntur et ad simile testatur quod
nunc dictum est. quecumque enim insunt in animalium
corporibus simpliciter terre ut ossa neruus pi
li nichil sentire videntur. Quare
neque similium tamen conueniunt. Amplius autem
unicuique principiorum ignorancia plu
rium inerit magis existet cognoscentis
quidem enim unum quodlibet multa autem ignora
bit omnia enim alia. Accidet autem et
empedocli incipientissimum esse deum.
Solus enim elementorum unum non cognoscet
discordiam. Mortalia autem omnia
ex omnibus enim unumquodque est. Totaliter autem
propter quid et quidem non omnia habent animam
que sunt quoniam omne aut elementum aut
ex elemento aut pluribus. aut omnibus.
Necesse enim est unum aliquid cognoscere
aut quedam aut omnia. Dubitabit
autem utique aliquis et quis est unum faciens
ipsam. Materie enim comparatur elementa maxime
enim proprium est illud continens quodcumque est
anima et aliud melius esse et antiquius
impossibile. Impossibilius autem adhuc
intellectu. Racionabilissimum enim esse
hunc nobilissimum et diuinum secundum
naturam. Elementa autem dicunt esse prima
encium. Omnis autem et qui ex eo

qd̄ sentat ꝛ cognoscat aīa que sūt
ex elis dicūt ipsam et qm maxīe
motiuū. non de oī dicunt aīa.
Nō seq̄z .n. ꝯsitiua oīa motiua.
videntur .n. ēē quedam aīaliū ma
nentia s̄m locum et tn̄ mouentur
h' solo motuū mouē aīa. aīali-
sili' autē et qm̄ cāz intellectiui ꝛ ꝯsi
tiuū ex elis faciunt. videntur .n.
plante uiuere nō participantes lo
ci mutatiōm neq̄z sensu ꝫ aliū intel
lectiuam non hn̄t. Si autē aliq̄s
ē h' seq̄graniūt ponūt ex intellec
ptem aliqm̄ aīe. Sili' autē ꝛ sen
sitiuā. Nec iutiq̄z sic dicet de omni
aīa neq̄z de tota ul' vna. H' autem
sustinuit et que ē in orfaicis ꝯ
minib' rō. dicit .n. aīam ex toto
ingredi respirantibz que fert'
a uentis. Non possibile itaq̄z plantis
h' accidere neq̄z aīaliū quibusdā si q̄
dem non oīa respirant h' autem
latuit sic opinantes. Si ū ex elis
aīam facere oꝫ nichil oportet ex oīb'
sufficiens ē .n. alt'a ps ꝯrietatis
se ipsam diiudicare ꝛ oppositum. rec
tū .n. et ipm ꝛ obliqm̄ cognoscimus
Judex .n. vtrorūq̄z ēē nō est recto
obliquum aūt neq̄z sui ipsius neq̄z recti
Et i toto autē quidam ipsam
misceri dicūt vn̄ fortassis ꝛ thales
opinatus oīa ēē plena diis hā'
hīt quasdam dubitōnes pp̄ q̄ .n.
cām in aere aut in igne aīa cū
sit nō facit aīal'. In mixtis autē ꝛ
hec in hiis melior ēē putata.
Queret .n. vtiq̄z aliquis qm̄ ob
cām que in aere aīa ea que i aīa
libus melior ꝛ immor talior. Accidit
autem vtrobiq̄z inꝯueniens et i rōnale
Et nam̄q̄z al' dicē ignem aut
aerem magis irrōnabilium est.

Et nō dicē aīalia cū aīa insit i
ꝯueniens ē. Opinari autē
videntur aīam ēē et i hiis q̄m
totū ptib' silis ēē. Quare
necū ipsius dicē et aīam ꝛ silis
ſp'ei ēē in ptib' aīo ꝯtinentis in
alibus aīata aīalia fiūt. Si et
aer quid discerptus sil' ſp'ei. aīa at̄
dissilis ptis h' quidē aliquid ipī'
existet nichil. aliquid aūt non
existet. Necē ē g' ipsam silis par
tis ēē aut nō vnum ēē i qualib'
pte oīs. Manifestum g' ex dictis est
q' neq̄z cognoscere i ēē aīe pp̄ id q'
ex elis neq̄z moueri ipsam neq̄z ūe dicit.
Qm̄ aūt cognoscere aīe ē ꝫ senti
re ꝛ opinari ad huc ꝫ et ꝯcupis
cere ꝛ de liberare et oīo appetitus
sit autē ꝛ h' locum motus ab aīa
in alib' adhuc aꝛ ꝛ aut motū
et status ꝛ decremētū vtrū tota
se vnūq̄z hor' inest ꝛ oī ꝛ intelli
gimus et sentimus et aliorum vnū
q'q̄z hor' inest ꝛ oī facimus ꝛ patimur
aut ptib' aliis alterū. Unūe g' vnū
in aliquo hor' sit vno ut i plib'
aut i oīb' aut alia aliqua cā.
Dicūt itaq̄z quidam ptibilem ip
sam ꝛ alio quidē intelligere alio aūt
ꝯcupiscere. Quid g' ꝯtinet
aīam si ptibil' ē apta nata. Nō
enī vtiq̄z cor' inuenitur .n. ꝯtrariū ma
gis oīa corpus ꝯtinere. Egredi
ente .n. ſp'irat ꝛ marcessit. Si
g' alterū aīo vnam ipsam fac' p'
maxīe utiq̄z erit aīa. Oportebit
aūt et itm̄ istud querere vtrū
vnū aut multi ptiū sit. Si quid
.n. vnū est ppt' quid nō mox et
aīam vnū. Si ū diuisibile itm̄
rō querit quid ē ꝯtinens ꝛ sic
vtiq̄z procedet i infinitū. Dubitab'

aut aliquis est de partibus ipsius quam potentiam habet una queque in corpore. Si enim tota anima omne corpus continet conveniens est et partium unamquamque continere aliquid corporis. hoc autem assimulatur impossibili. qualem enim partem aut quomodo intellectus continebit grave est et fingere. Videtur autem et plante et decise vivere et aliquedam insectorum tanquam eandem habentia animam specie et si non numero unaqueque quod partium sensum habent et movetur. Si autem non permanent nullum inconveniens est. instrumenta enim non habent quibus salvent naturam. Sed nichil minus in utraque partium omnes insunt partes et similis specie sunt ad invicem quod sicut que non separabiles sunt tota autem anime tamquam indivisibili existente. Videtur autem et que in plantis anima principium quoddam esse. hac enim sola communicant et alia et plante et ipsa quod separatur a sensibili principio. sensum autem nullum sine hac habet.

[Q]ue quid[em] a prioribus tradita de anima dicta sint. Iterum autem tanquam ex principio redeamus temptantes determinare quid est anima et que utique erit communissima ratio ipsius. [D]icimus itaque unum quoddam genus eorum que sunt substantiam. Huius autem aliud quidem sicut materiam quod per se quidem non est hoc aliquid. aliud autem formam et speciem secundum quam dicitur iam hoc aliquid. et tertium quod ex hiis. [E]st autem materia quidem potentia. species autem endelechia. et hec dupliciter. hec quidem sicut scientia. illa autem sicut considerare. Substantie autem maxime videntur esse corpora et horum physica. hec enim aliorum principia. physicorum autem alia quidem habent vitam et alia autem non habent. vitam autem dicimus quod per se ipsum alimentum et augmentum et decrementum.

[Q]uare omne corpus physicum participans vita substantia erit. substantia autem sic sicut composita. [Q]uoniam autem est corpus et huiusmodi vitam enim habens non utique erit corpus anima. non enim est corporum que in subiecto corpus magis autem sicut subiectum et materia est. Necesse ergo animam substantiam esse. sicut speciem corporis physici potentia vitam habentis. Substantia est autem actus. huiusmodi ergo corporis actus. hec autem dicitur dupliciter. alius quidem sicut scientia. aliud autem sicut considerare. manifestum ergo quod sicut scientia. in existere enim animam et sompnus et vigilia est. proportionale autem vigilantia quidem ipsi considerare. sompnus autem ipsi habere et non operari. prior autem generatione in eodem scientia. unde anima est primus actus corporis physici potentia vitam habentis. [T]ale autem quodcumque organicum. organa autem et plantarum partes sunt. sed penitus simplices. ut folium fructiferi coopertorium. fructiferum autem fructus. radices vero ori similes sunt. utreque enim trahunt alimentum. Si autem aliquod commune in omni anima oportet dicere erit utique actus primus corporis organici physici. unde non oportet querere si unum est anima et corpus sicut neque ceram et figuram neque omnino uniuscuiusque materiam et id cuius est materia. Hoc enim unum et esse cum multipliciter dicatur quod proprie est actus est. universaliter quidem ergo dictum est quid sit anima. substantia enim est que secundum rationem. hoc autem est quod quid erat esse huic corpori. sicut si aliquod organorum physicum esset corpus ut dolabra. erat quod enim dolabre esse substantia ipsius. et anima hec

Dolabra autem hec non utique amplius dolabra
erit sed aut equivoce, nunc autem dolabra.
Non enim huiusmodi corporis quod quidem
est esse et ratio anima, sed physici huiusmodi
corporis habentis in se ipso principium
motus et status. Considerare autem
in partibus oportet quod dictum est. Si enim esset o-
culus animal, anima utique ipsius visus esset.
Hec enim substantia est oculi que secundum rationem. Oculus
autem materia visus est, quo deficiente non
est adhuc oculus nisi equivoce,
lapideus autem depictus. Oportet igitur
accipere quod est in parte in toto vivente
corpore proportionaliter. Nam habet sicut
pars ad partem, sic totus sensus
ad totum corpus quod est sensitivum
secundum quod huiusmodi. Est autem non abiciens
quod potentia ens ut vivat, sed quod habens se-
men autem et fructus potentia ens et vivat
huiusmodi corpus est. Sicut quidem igitur visio
et visio, sic et vigilancia ac-
tus, ut anima visus est et potentia organi
est. Sicut oculus pupilla et visus,
et ibi ita anima et corpus est animal. Quod
quidem igitur non sit anima separabilis
a corpore aut partes quedam ipsius,
si partibilis apta nata est, non im-
manifestum est. Quarundam enim actus
partium est ipsarum. At vero nichil prohibet quasdam
nichil prohibet propter id quod nullius corporis
sunt actus. Amplius autem imma-
nifestum si sit corporis actus anima sic
nauta navis. Figuraliter quidem igitur
sic determinetur et describatur de anima.

Quoniam autem ex incertis quidem
certius autem fit quod certum et secundum
rationem notius, temptandum iterum est
sic aggredi de ipsa. Non enim solum
quod quid est oportet diffinitivam
rationem ostendere sicut plures terminorum
dicunt, sed et causam inesse et demon-
strare. Nunc autem sicut conclusiones
rationes terminorum sunt, ut quid est
tetragonismus: equale altera
parte longiori orthogonium esse equila-
terale. Talis autem terminus ratio conclusionis;
dicens autem quoniam tetragonis-
mus est media inventio, rei causam
dicit. Dicamus igitur principium
accipientes intentionem differre animatum ab inanimato in vive-
re. Multipliciter autem ipso vivere dicto,
et si unum aliquod horum insit solum,
vivere ipsum dicimus, ut intellectus
et sensus, motus et status secundum
locum, adhuc autem motus secundum alimentum
et decrementum et augmentum.
Unde et vegetabilia omnia videntur
vivere. Videntur autem in se ipsis
habentia potentiam et principium huiusmodi per quod
augmentum et decrementum sus-
cipiunt secundum contrarios locos. Non enim
sursum quidem augentur, deorsum autem
non, sed similiter in utraque. Et per totum
quecumque aluntur et vivunt in finem
quousque possunt accipere alimentum.
Separari autem hoc quidem ab aliis possibile
est, alia autem ab hoc impossibile est in mortali-
bus. Manifestum est autem in hiis que
vegetantur: nulla enim virtus inest
ipsis potentia alia anime. Vivere quidem igitur
propter hoc principium quod inest omnibus
viventibus, animal autem propter sensum
primum. Et namque que non moventur
neque mutant locum, habentia autem
sensum animalia dicimus et non vivere
solum videntur. Et hec esse
multa aliarum manentia autem
animalia sunt non habentia solum sensum.
Sensuum autem primo inest omnibus
tactus. Sicut autem vegetativum potest
separari a tactu et omni sensu, sic
et tactus ab aliis sensibus. Vege-
tativum autem dicimus huiusmodi partem anime
qua et vegetabilia participant.

alia autem omnia inherent tangendi
sensum. habentia propter quam autem causam
utrumque horum accidit posterius dicemus.
Nunc autem solum quoniam est anima horum
que dicta sunt principium et hiis
determinata est vegetativo et sensitivo
et intellectivo motu. Utrum autem
unumquodque horum est anima aut pars anime et
si pars utrum sic ut sit separabilis ratione
solum aut et loco. De quibusdam
autem quidem horum non est difficile
videre quedam autem dubitationem
habent. sicut enim in plantis quedam
divisa videntur vivere et separata
ab invicem tamquam existente in hiis
anima actu quidem una in unaquaque
planta potentia autem pluribus sicut videmus
et circa alias differentias anime accidere ut
in entomis decisis et enim sensum
utraque partium habet et motum secundum locum.
Si autem sensum et fantasiam
et appetitum. ubi enim sensus
est tristitia et letitia. Est ubi autem
hec sunt ex necessitate et desiderium
est. De intellectu autem et perspectiva
potentia nichil adhuc manifestum est sed videtur
genus alterum anime esse. Et hoc solum
contingere separari sicut et perpetuum
a corruptibili. Reliquas autem partes
anime manifestum ex hiis quoniam non
separabiles sunt sicut quidam di-
cunt. Ratione autem quoniam altere manifestum
est sensitivo [enim esse et opinativo] alterum si quidem et sen-
tire ab eo quod est opinari. Similiter autem et talio-
rum unumquodque que dicta sunt. Quod
autem quibusdam animalium omnia insunt
hec quibusdam vero quedam horum
alterius [alteris] autem unum solum. hoc autem facit
differentiam animalium. propter quam autem causam
sit secundum posterius intendendum. Similiter
autem et circa sensus accidit. alia quidem
enim habent omnes alia vero quosdam

Quedam vero unum maxime necessarium
tactum. Quo autem vivimus
et sentimus dupliciter sicut quo
scimus. dicimus autem hoc quidem scientiam, illud
autem animam utroque enim horum dicimus
scire. Similiter et quo sanamur aliud quidem
sanitas est aliud autem parte quadam
corporis aut in et toto. horum autem
actus susceptivorum hoc quidem sci-
entifici illud vero sanabilis. videtur enim in
patiente et disposito activorum inesse
actus. anima autem est hoc quo vivimus
sentimus et movemur et intelligimus
primum. quare ratio quedam utique erit
et species sed non materia et ut subiectum. Tri-
pliciter enim dicta substantia sicut diximus quarum
hoc quidem species illud vero materia aliud autem ex utrisque.
horum autem materia quidem potentia species autem
actus. post ea utrisque animatum non enim
corpus est actus anime sed ipsa corporis
cuiusdam. Et propter hoc bene opinantur quibus
videtur neque sine corpore esse neque corpus aliquod
anima esse. corpus quidem enim non est.
corporis autem aliquid est et propter hoc in corpore
est et corpore huiusmodi et non sicut priores
ad corpus aptabant ipsam nichil
determinantes in quo et quali et
cum non videatur accipere quodlibet con-
tingens. sic autem fit et secundum rationem.
uniuscuiusque enim actus in potentia existentis et
in propria materia aptus natus est fieri
est in fi. Quod quidem igitur actus est
quidam et ratio et est potentia huiusmodi esse hic ma-
nifestum ex hiis.

Potentiarum autem anime que
dicte sunt aliis inerentibus
quidem insunt omnes aliis vero quedam ha-
rum quibusdam autem una sola. potentias
autem dicimus vegetativum sensitivum
appetitivum motivum secundum locum intellec-
tivum. appetitivum motivum secundum locum
inest autem plantis vegetativum solum

[Margin, left: in tantum dicatur sit]

[Margin, right: scientia et sanitas forma et species quedam et ratio ut]

alteris autem hoc sensitivum. Si autem sensitivum, et appetitivum. Appetitus quidem enim desiderium et ira et voluntas sunt. Animalia autem omnia habent unum sensuum tactum. Cui autem sensus inest, huic et leticia et tristicia et dulce et triste; quibus autem hec, et concupiscentia. Delectabilis enim appetitus hic est. Adhuc alimenti sensum habent tactus; tactus enim alimenti sensus. Siccis enim et humidis et calidis et frigidis aluntur omnia viventia. Horum autem sensus est tactus, sed aliorum sensibilium secundum accidens. In alimentum enim nichil confert sonus neque color neque odoratus. Humor autem unum aliquod est tangibilium. Esuries autem et sitis desiderium quoddam: esuries quidem calidi et sicci, sitis autem frigidi et humidi. Sapor vero velut delectamentum horum quoddam. Certificandum autem de his posterius est. Nunc autem in tantum dictum sit, quod animalibus habentibus tactum et appetitivum inest. De fantasia autem immanifestum, posterius autem intendendum. Quibusdam autem adhuc inest et secundum locum motivum, alteris autem intellectivum et intellectus, ut hominibus, et si aliquod alterum huiusmodi est aut honorabilius. Manifestum igitur est quoniam eodem modo una utique erit ratio anime et figure. Non enim illic figura est preter triangulum et que consequenter sunt, neque hic anima preter predictas est. Fiet autem utique et in figuris ratio communis, aliquis que conveniet quidem omnibus, propria autem nullius erit figure. Similiter autem et in dictis animabus. Unde ridiculosum querere communem rationem et in his et in aliis, que nullius erit eorum que sunt propria ratio, neque secundum propriam et individuam speciem, dimittentes huiusmodi. Similiter autem se habent ei quod de figuris est et que secundum animam sunt. Semper enim in eo quod est consequenter est potentia quod prius est, et in figuris et in animatis, ut in tetragono quidem trigonum, in sensitivo autem vegetativum. Quare secundum unumquodque querendum que uniuscuiusque sit anima, ut que plante aut que hominis aut bestie. Propter quam autem causam consequenter sic se habent considerandum est. Sine enim vegetativo sensitivum non est; a sensitivo autem separatur vegetativum in plantis. Iterum autem sine quidem tactu aliorum sensuum nullus inest; tactus autem sine aliis inest; multa enim animalium neque visum neque auditum habent neque odoratus sensum. Et sensitivorum autem alia quidem habent secundum locum motivum, alia vero non habent. Ultimum autem et minimum ratiocinationem et intellectum. Quibus enim inest ratiocinatio corruptibilium, hiis et reliqua omnia; quibus autem illorum unumquodque, non omnibus ratiocinatio, sed quibusdam quidem neque ymaginatio, alia autem hac sola vivunt. De speculativo autem intellectu altera ratio est. Quod quidem igitur de horum unoquoque ratio hec propriissima et de anima, manifestum est. Necessarium est autem debentem perscrutationem de his facere accipere unumquodque eorum quid est, postea sic de habitis aut et de aliis investigare. Si autem oportet dicere quid unumquodque ipsorum, ut quid intellectivum aut sensitivum aut vegetativum, prius adhuc dicendum quid sit intelligere et quid sentire et vegetabile; priores enim potentiis actus et operationes secundum rationem sunt. Si autem sic, his adhuc priora opposita oportet considerare, de illis primum utique oportebit determinare propter eandem causam, ut de alimento et sensibili et intelligibili.

Quare primo de alimento et generatione dicendum est. Vegetativa enim anima et

alius inest. prima enim et maxime communis
potentia est anime secundum quam inest vivere
omnibus. cuius sunt opera generare
et alimento uti. naturalissimum enim opus
viventibus est quecumque perfecta et non orba-
ta aut generationem spontaneam habent
facere alterum quale ipsum. animal quidem animal. planta
autem plantam. quatenus ipso semper et di-
vino et immortali participent secundum
quod possunt. omnia enim illud appetunt
et illius causa agunt omnia quecumque a-
gunt secundum naturam. ad autem quod cuius cau-
sa dupliciter est. hoc quidem cuius, illud vero quo. quoniam
ergo communicare non possunt ipso semper et divino
et continuatione propter id quod nichil con-
tingit corruptibilium idem et unum numero
permanere secundum quod potest participare
unumquodque communicat sic hoc quidem ma-
gis illud vero minus. et permanet
non ipsum sed ut idem. numero quidem non
unum specie autem unum. Est autem anima
viventis corporis causa et principium.
hec autem multipliciter dicuntur. at tamen vel
sunt anima secundum determinatos tres modos
causa est. et enim unde motus ipsa est et
cuius causa et sicut substantia animatorum corporum
anima causa. Quod quidem igitur sit sicut
substantia manifestum est. Causa enim ipsius
esse omnibus substantia est. vivere autem vi-
ventibus est esse. Causa autem et
principium horum anima. Amplius
autem eius quod potentia ratio actus est.
Manifestum autem est quod et cuius vel
propter quod gratia anima causa. sicut enim intellectus
gratia huius facit. eodem modo et natura
et hoc modo est ipsius finis. huiusmodi
autem in animalibus anima et secundum naturam. omnia
enim phisica corpora anime instrumenta sunt
sicut animalium sic et plantarum
tamquam gratia anime existencia. dupliciter
dicitur quod cuius causa est. et quod cuius et quo.
at vero et unde primum est qui secundum locum
motus anima est. non omnibus autem
viventibus inest potentia hec. est autem et altera-
cio et augmentum secundum animam. sensus
enim quedam alteracio esse videtur. nichil autem
sentit quod non habet animam. similiter autem et de
augmento et detrimento se habet. nichil
enim detrimentum patitur neque augmen-
tatur phisice quod non alatur. alitur autem
nichil quod non communicet vita. empedocles autem non
bene dixit hoc adiciens augmentum
accidere plantis deorsum quidem
radices mittentibus propter id quod terra sic
fertur secundum naturam. sursum autem propter ignem similiter.
neque enim sursum et deorsum bene accepit. non
enim idem omnibus sursum et deorsum et
omni. sed sicut caput animalium sic radi-
ces plantarum sunt. si oportet illa
dicere altera et eadem operibus. Ad hoc
autem quid est continens in contraria que
feruntur ignem et terram. distrahentur
enim nisi aliquid sit prohibens. si autem erit
hoc est anima et causa alimenti et augmenti.
Videtur autem quibusdam ignis natura
simpliciter causa alimenti et augmenti esse.
Etenim namque ipsum videtur solum corporum et elemen-
torum alitur et augmentatur. unde et in plan-
tis et in aliis putabit utique quis
hoc esse quod operatur. Hoc autem concausa
quidem quodammodo est non tamen simpliciter causa
sed magis anima. ignis enim augmentum
in infinitum est quousque fuerit combusti-
bile. Natura autem consistentium omnium terminus
est et ratio et magnitudinis et augmenti.
hec autem anime sunt sed non ignis et ra-
tionis magis quam materie. Quoniam autem
eadem potentia anime vegetativa et generativa
de alimento necessarium est determinare primum. se-
paratur enim ab aliis potentiis opere hoc.
videtur autem esse alimentum contrarium con-
trario. non omne autem omni sed quecumque contra-
riorum non solum generationem habent ex
invicem sed et augmentum. fiunt enim

multa excrescentem sed non omnia ut sanum ex laborante. videntur autem nec illa eodem modo adinvicem esse alimentum. sed aqua quidem igni alimentum est ignis autem non alit. In simplicibus quidem igitur corporibus hoc esse videtur maxime. aliud quidem alimentum aliud vero quod alitur. Dubitationem autem habet. dicunt enim quidam simile simili ali sicut et augeri. aliis autem sicut diximus econtrario videtur contrarium contrario tamquam impassibile sit simile a simili. alimentum autem mutari et decoqui. mutatio autem omnibus in contrarium aut in medium. Adhuc autem patitur aliquid alimentum ab eo quod alitur sed non hoc ab alimento sicut nec instrumento artifex sed ab illo hoc. artifex autem mutatur solum in actum ex otio. utrum autem sit alimentum quod ultimo advenit aut quod primo habet differentiam. Si autem utraque sed hoc quidem non coctum illud autem coctum utroque modo utique contingit alimentum dicere. Inquantum enim non coctum contrarium contrario alitur inquantum vero coctum simile simili. Quare manifestum quod dicunt quodam modo utrique et recte et non recte. Quoniam autem nichil alitur non participans vita animatum utique erit corpus quod alitur inquantum animatum. quare et alimentum ad animatum est et non secundum accidens. Est autem alterum alimento et augmentativo esse. Inquantum enim quantum aliquid animatum augmentativum augmentativum. Inquantum autem quod hoc aliquid et substantia alimentum est et congruum nutritivum. Salvat enim etiam usque ad hoc est quo usque alatur et generationis autem factivum est non eius quod alitur sed qualis id quod alitur. Iam enim est ipsa substantia. generat autem nichil ipsum se ipsum sed salvat. Quare huiusmodi anime vegetabilis principium potentia est potentia salvare sufficiens ipsum secundum quod est huiusmodi alimentum autem preparat operationem. unde privatum alimento non potest esse. Quoniam autem sunt tria quod alitur et quo alitur et alens. alens quidem est prima anima. Quod vero alitur est habens hanc corpus. Quo vero alitur alimentum. Quoniam autem a fine appellari omnia iustum. Quoniam est a fine appellari omnia iustum est. finis autem est generare quale ipsum erit utique prima anima generativa quale ipsum. Est autem quo alitur dupliciter sicut et quo gubernatur et manus et themon. hoc quidem movens et motum illud autem movens solum. Omne autem alimentum necesse potens esse decoqui. operatur autem decoctionem calidum. unde omne animatum habet calorem. Figuraliter quidem igitur alimentum quid sit dictum est. Certificandum est postea de ipso in propriis rationibus.

Determinatis autem hiis dicamus communiter de omni sensu. Sensus autem in ipso moveri aliquid et pati accidit sicut dictum est. videtur enim quedam alteratio esse. Dicunt autem quidam et simile a simili pati. hoc autem quomodo possibile aut impossibile dictum est in universalibus rationibus de agere et pati. Habet autem dubitationem propter quid et sensuum ipsorum non fit sensus et quare sine hiis que sunt exterius non faciunt sensum inexistente igne et terra et aliis elementis quorum est sensus per se aut secundum accidentia hiis. Manifestum igitur est quod sensitivum non est actu sed potentia tantum. unde non sentiunt sicut combustibile non comburitur ipsum a se ipso sine combustivo. combureret enim se ipsum et nichil indigeret actu igne esse. Quoniam autem sentire

dicimus dupliciter potentia enim audiens
et videns audire et videre dicimus et si
forte dormiens, aut in operatione dupli-
citer dicetur et sensus utique: hic quidem
sicut potentia, ille autem sicut actu. Similiter autem et
sentire quod potentia est et quod actu.
Primum quidem igitur tamquam sit idem
pati et moveri et agere dicamus,
etenim motus est actus quidam
imperfectus tamen sicut in aliis dictum est.
Omnia autem patiuntur et moventur
ab activo et actu ente. Unde est quidem
tamquam a simili pati. Est autem
ut quod dissimile subiciens passivum
autem simile est. Dividendum autem et de potentia
et actu est. Nunc enim simpliciter dici-
mus quidem de ipsis. Est quidem
enim sic aliquid sciens, sicut si dicamus
hominem quoniam homo scientium est et habentium
scientiam habentem grammaticam;
utrumque autem horum non eodem modo
potens est, sed hic quidem quoniam genus
huiusmodi et materia est, ille autem quia volens consi-
derare potens est, si non aliquid
prohibeat exterius. Iam autem
considerans actu ens et proprie sci-
ens hanc scientiam a. Ambo quidem
igitur primum secundum potentiam scientes sunt. Sed
hic quidem per doctrinam alteratus
est et multociens ex contrario mutatus
habitu, hic autem ex eo quod habet sensum
aut grammaticam non tamen agere,
habet agere alio modo. Non est autem
simpliciter agere neque pati, sed hoc
quidem corruptio quaedam a contrario,
aliud autem salus magis est
eius quod est potentia ab eo quod est actu
et simili sic sicut potentia se habet ad actum.
Speculans enim fit habens scientiam, quod vere
aut non est alterari, in se ipsam enim
deductio vel additio est et
in actum, aut alterum genus alteratio-

nis est. Unde non bene habet dicere sapien-
tem cum sapiat alterari, sicut neque
edificatorem cum edificat. In ac-
tum quidem igitur ducens ex potentia
ente secundum intelligere et sapere non doctri-
nam sed alteram habere denominationem
iustum est. Ex potentia autem
ente addiscens et accipiens sci-
entiam ab actu ente et didas-
calo aut neque pati dicendum sicut dictum
est, aut duos esse modos altera-
tionis et eam que in privationes
dispositionum mutationem et eam que in
habitus et naturam. Sensitivi autem
prima quidem mutatio fit a generante.
Cum autem generatum est, habet iam
sicut scientiam et sentire. Et quod
autem secundum actum similiter dicitur ipsi
considerare. Differt autem quia huius quidem
activa operationis exterius sunt visibile
et audibile, similiter autem et reliqua
sensibilium. Causa autem quoniam singularium
qui secundum actum sensus, sci-
entia autem universalium. Hec enim
in ipsa quodammodo sunt anima. Unde
intelligere in ipsa est cum velit, sentire
autem non est in ipsa. Necesse enim
esse sensibile. Similiter autem et hoc se habet
in scientiis sensibilium, singula-
ria sunt et exteriorum. Sed de hiis quidem
certificare tempus fiet et iterum.
Nunc autem tantum sit diffinitum
quoniam cum non simpliciter sit quod potentia dicitur,
sed aliud quidem sicut si dicamus
puerum posse militare, aliud
autem sicut in etate existentem,
sic se habet sensitivum. Quoniam autem
innominata est ipsorum differentia, iam deter-
minatum est de ipsis quoniam altera et
quomodo altera sunt. Uti autem necesse est
ipso pati et alterari tamquam propriis
nominibus. Sensitivum autem potentia est quale

non solvatur. unde si velociter et forti
ter percutiatur, sonat. oportet enim prius ac
cipere motum ferientis fracturam
aeris. sicut si congregatum aut cumu
lum lapillorum percutiat aliquis
latum velociter. Echo autem fit
cum ab aere facto propter vas determi
nante et prohibente iterum diffundi
iterum aer repellitur sicut spera.
videtur autem semper fieri echo, sed non
certus, quoniam accidit in sono sicut
et in lumine. etenim lumen, sed tene
bra extra solem; sed non sic re
percutitur sicut ab aqua aut
ab aere aut ab aliquo alio le
nium. Quare tenebram fa
cit qua lumen terminamus. vacuum
enim recte dicitur proprium audiendi.
videtur enim vacuum esse aer. hic autem est fa
ciens audire cum moveatur con
tinuus et unus. sed propter id quod frangi
bilis est non sonat nisi leve sit
quod percutitur. tunc autem unum fit simul
etenim propter planum; unum enim est levis
planum. Sonativum quidem igitur quod mo
tivum unius aeris continuitate usque
ad auditum. Auditui autem con
naturalis est aer. propter idem autem quod in
aere est moto exteriori quod intra
est movetur. propter quod quidem non ubique
audit animal, neque ubique penetrat aer.
non enim ubique habet aerem movendum
pars et animatum. sicut in pupilla
humidum facile cessabile. per se
quidem igitur insonabilis aer, propter id quod
facile frangibilis est. cum autem prohibeatur
diffundi, huius motus sonus est. hic
autem qui est in auribus edificatus
est ut sit immobilis, quatenus
certe sentiat omnes differentias
motus. propter hoc autem et in aqua non
audimus, quoniam non ingreditur ad
ipsum connaturalem aerem, sed neque in aure
propter reflexiones. cum autem hoc accidat
non audit animal, neque si miringa
sicut que in pupilla pellis laboret.
sed signum est audiendi aut non
sonare aurem sicut cornu semper.
enim quodam proprio motu aer movetur
in auribus, sed sonus extraneus et
non proprius est. et propter hoc dicunt antiqui
audire vacuo et sonanti quo au
dimus, habentes determinatum aerem.
Utrum autem sonat verberans
aut quod verberatur, aut utrumque mo
do altero. Est enim sonus motus
possibilis moveri hoc modo quo quidem sal
tantia a lenibus cum aliquis tan
gerit; non igitur sicut dictum est omne sonat
quod verberatur et verberans, ut si obvia
verit acus acui, sed oportet quod percutitur re
gulare esse ut aer subito dissiliat
et moveatur. Differentie autem
sonantium in sono secundum actum
ostenduntur; sicut enim non videntur
colores sine lumine, sic neque sine sono
acutum et grave. hec autem dicuntur
secundum methaphoram ab illis que
tanguntur; acutum enim movet sensum
in pauco tempore in multum, grave autem
in multo in paucum. neque tamen velox
est acutum, grave autem tardum, sed fit
hoc quidem propter velocitatem motus,
illud vero propter tarditatem. Et videtur
similitudinem habere circa tactum cum
acuto et hebeti. acutum enim quasi pun
git, hebes autem quasi pellit, propter id quod
movet hoc quidem in pauco tempore,
illud vero in multo tempore; accidit hoc
quidem velox, illud vero tardum esse. De
sono quidem igitur sic determinatum sit.

Vox autem sonus quidam
est animati; inanimatorum enim nullum vo
cat, sed secundum similitudinem dicitur

uno

aere

semper repercutitur neque enim fieri et [illegible] lumine

facile

et distincte

vocare, ut tybia et lira et quecumque
alia inanimatorum extensionem
habent et melos et locutionem. Assimilantur
enim quia et vox hec habet. Multa autem
animalium non habent vocem, ut que
sunt sine sanguine, et sanguinem
habencium ut pisces. Et hoc racionabiliter,
si quidem aeris motus sonus est.
Sed qui dicuntur vocare ut qui in a-
cheleo sonant branchiis aut quo-
dam alio huiusmodi. Vox autem sonus
animalis est et non in qualibet parte. Sed quoniam
omne sonat verberante a-
liquo et ad aliquid et in aliquo. Hoc autem
est aer, racionabiliter utique vocabunt
hec sola que suscipiunt aera. Iam
enim respirato utitur natura in duo opera,
sicut lingua in gustum et locucionem,
quorum quidem gustus necessarius est, unde
et pluribus inest. Interpretacio autem propter
bene esse; sic et spiritu ad cor et ad ca-
lorem interiorem tamquam necessarium; causa
in aliis dicta est; et ad vocem ut sit quod
bene. Organum autem respiracionis
vocalis arteria; cuius autem causa hec pars
est pulmo. Hac enim parte plus habent
calorem pedibus gradiencia ali-
is. Indiget autem respiracione
et circa cor locus primus. Unde necesse
intus respiratum ingredi aerem.
Quare percussio respirati aeris ab
anima que est in hiis partibus ad vo-
catam arteriam vox est. Non enim
omnis animalis sonus est vox, sicut diximus;
est enim et lingua sonare et sicut
tussientes. Sed oportet animatum esse verberans
et cum ymaginatione aliqua; si-
gnificativus enim quidam sonus est
vox, et non respirati aeris sicut
tussis. Sed isto verberat eum qui est
in arteria ad ipsam. Signum autem
non posse vocare respirantem

neque expirantem, sed detinentem;
movet enim isto detinens. Manifestum
autem et quare pisces sine voce; non enim
habent guttur. Hanc autem partem non
habent quia non recipiunt aerem neque
respirant. Sed qui dicunt sic peccant.
Propter quid autem alia racio est.

De odore autem et olfactibili mi-
nus bene determinabile est dictis
quam de sono; non enim manifestum quale sit odor sicut
sonus aut visibile vel lumen. Causa autem
est quia sensum hunc non habemus cer-
tum, sed deteriorem multis animalibus. Prave
enim odorat homo et nichil odorat odo-
rabilium sine leticia et tristicia,
sicut non existente certo eo quod sentiunt.
Racionabile autem sic et duros oculos
colores sentire, et non manifestas
ipsis esse differencias colorum nisi terribiles
et non terribiles. Sic autem et odores
hominum genus videtur. Enim et analogiam
habere ad gustum, et similiter species humorum
hiis que sunt odoris. Sed certio-
rem habemus gustum propter id quod
ipse quidam tactus est; hunc autem
habet homo sensuum certissimum. In aliis
enim deficit ab aliis multis; secundum autem
tactum differenter certificat, unde et pru-
dentissimum animal est. Signum autem et
in genere hominum secundum sensum hunc
ingeniosos esse et non ingeniosos,
secundum alium autem nullum. Duri enim car-
ne inepti mente; molles autem
carne apti mente sunt. Est autem sicut
humorum hic quidem dulcis ille vero
amarus, sic et odores sunt. Sed alia
quidem habent proportionalem odorem et
humorem, dico autem dulcem o-
dorem et dulcem humorem, alia
vero contrarium. Similiter autem et acer et auste-
rus et acutus et pinguis est odor.
Sed sicut diximus propter id quod non multum

per immanifesti sunt odores sicut et hu-
mores ab hiis receperunt nomina
secundum similitudinem; eorum dulcis quidem
croco et in melle, acer autem athimo
et hiis eorumque. Eodem autem modo et in aliis.
Est autem sicut auditus et unus-
quisque sensuum, hic quidem audibilis
et non audibilis, ille vero visibilis et
non visibilis, et sic olfactus odorabilis
et non odorabilis. Non odorabile autem aliud
quidem est quod omnino impossibile est habere odorem,
aliud vero parvum habens et pravum. Similiter autem
et non gustabile dicitur.

Est autem olfactus per medium, ut
aerem aut aquam; et namque
aquatica videntur odorem sentire, similiter
autem et que cum sanguine et sine
sanguine sicut et que in aere. Et-
enim horum quedam a longe occurrunt
ad alimentum, que ab odore moventur.
Unde et dubium videtur si omnia quidem similiter
odorant, homo autem respirans, non
respirans autem, sed expirans aut
retinens spiritum non odorat, neque a lon-
ge neque a prope, neque si in naso intus po-
natur. Et hoc quidem in ipso positum
quo sentitur esse insensibile et omnibus
commune est; sed sine respiratione non sen-
tire proprium est hominum. Manifestum autem
est temptantibus. Quare sanguinem non
habentia, quoniam non respirant, alterum
utique quendam sensum habent preter eos
qui dicti sunt. Sed impossibile, si quidem
odorem sentiunt. Odorabilis enim
sensus et mali odorantis et boni
odorantis olfactus est. Amplius autem
et corrumpi videntur a fortibus
odoribus, ex quibus homo corrumpitur,
ut bitumine et sulphure et huiusmodi. Olfacere quidem igitur
necessarium est, sed non respirancia. Videtur
autem hominibus differre hoc sensitivum
ad ea que aliorum animalium sicut oculi ad

ea que duriorum oculorum sunt. Hii quidem
enim habent tegmina et sicut velamen
palpebras, quas cum non moverint
neque retraxerint non vident; dura
autem oculos nullum huiusmodi habent, sed mox vi-
dent que fiunt in lucido. Sic igitur et
odorativum sensitivum aliis quidem
sine operculo est, sicut oculus; aliis vero
aerem recipientibus habet hoc co-
operimentum quod respirantibus disco-
operitur ampliatis venis et poris,
et propter hoc respirancia non odorant
in aqua. Necessarium enim est odorem pati
respirancia; hoc autem facere in humido
impossibile est. Est autem odor sicci sicut
humor humidi; odorativum autem
sensitivum potentia huiusmodi est.

Gustabile autem est quoddam tan-
gibile; et hec est causa quare
non sit sensibile per medium existens
corpus alienum; neque enim tactus. Et corpus autem
in quo est humor quod gustabile
in humido sicut in materia; hoc autem quoddam
tangibile. Unde et si in aqua essemus,
sentiremus utique apposito dulci; non
autem esset nobis sensus per me-
dium, sed in eo quod miscetur humido
sicut in potu. Color autem non sic videtur
in eo quod miscetur neque in defluxi-
onibus. Ut quidem igitur medium nichil
est; ut autem color visibile, sic gu-
stabile humor est. Nichil autem facit
humoris sensum sine humiditate,
sed habet actu aut potentia humiditatem,
ut salsum; bene enim liquidum ipsum
est et liquefactivum lingue. Sicut
autem visus visibilis est et invisibilis
(tenebra enim invisibilis est, iudicat
autem et ipsam visus), adhuc autem
et valde splendidi (et enim hoc invi-
sibile est, alio autem modo quam te-
nebra), similiter autem et auditus soni

et silentium. Quod autem aliud audibile
aliud non audibile et magis sonus
sicut visus est splendidi. Sicut enim
parvus sonus inaudibilis quodam
tamen modo et magnus et violentus
invisibile autem aliud quidem omnino dicitur sicut
et in aliis impossibile. Alterum autem contrarius ap-
tum natum non tamen habet autem prave
sicut quod sine pedibus et quod sine grano
dicitur. Sic autem gustus gustabilis
hoc autem est parvum aut pravum habens
humorem aut corruptivum gustus. Videtur autem
principium esse potabile et non po-
tabile gustus. Enim quidam ambo,
sed hoc quidem ut pravum et corruptivum gu-
stus, illud autem secundum naturam. Est autem com-
mune tactus et gustus potabile. Quoniam autem
humidum quod gustabile est, necesse
sensitivum esse in plures neque humidum esse
actu neque impossibile. Sed humidum patitur
enim aliquid gustus a gustabili secundum quod
gustabile est. Necessarium est ergo humectari
tamen. Forte quod possibile humectari sal-
vatum non humidum autem gu-
stativum sensitivum. Signum autem
neque siccam existentem linguam sen-
tire neque valde humidam. Hic enim tac-
tus fit primi humidi sicut cum aliquis
qui ante gustaverit forte humorem
gustet alterum et ut laborantibus
amara omnia videntur propter id quod lingua
plena huiusmodi humiditate sentiunt.
Species autem humorum sicut et in colori-
bus simplices quidem contrarie sunt
sicut dulce et amarum. Habita autem
sunt cum hoc quidem pingue, cum illa
vero salsum. Media autem horum acre
et austerum et ponticum et acutum.
Fere enim hee videntur esse humorum
differentie. Quare gustativum potentia est huiusmodi,
gustabile autem est factivum
actu huius.

De tangibili autem et tactu
eadem autem ratio. Si enim tactus
non est unus sensus sed plures, ne-
cessarium et tangibilia et sensibilia plura
esse. Habet autem dubitationem utrum plures sint
aut unus, et quid est sensitivum tangibi-
lium, utrum caro et in aliis proportionale
aut non, sed hoc quidem est medium,
primum autem sensitivum aliud quoddam
est. Nam omnis et enim sensus unius
contrarietatis esse videtur, ut visus
albi et nigri, auditus gravis et
acuti, gustus amari et dulcis. In
tangibili autem multe insunt con-
trarietates: calidum frigidum, humidum
siccum, durum molle et aliorum quecumque
sunt huiusmodi. Habet autem dubitationem quandam
ad hanc dubitationem, quia et in aliis sensi-
bus sunt contrarietates plures, ut in
voce non solum acumen et gravitas
sed et magnitudo et parvitas et le-
nitas et asperitas vocis et similia
alia. Sunt autem et circa colorem differentie huius-
modi alie. Sed quid sit unum subiectum sicut
auditui sonus, sic tactui non est manifestum.
Utrum autem est sensitivum intus aut non,
sed mox caro, nullum videtur esse si-
gnum fieri sensum simul cum tangi. Et enim
nunc si aliquis circa carnem extenderit
ut membranam faciens, similiter sensum
mox tactum insinuat, et tamen palam
quod non est in hoc sensitivum. Si quis autem et
connaturale fiat, citius utique pertingit
sensus. Propter quod tale pars corporis
videtur sic se habere sicut si ocularitur nobis
aptus natus esset aer. Videremur enim
uno quodam sentire et sonum et odo-
rem et colorem, et unus quidam
sensus esse auditus et visus et ol-
factus. Nunc autem quia determinatum est
propter quod fiunt motus manifesta sunt
predicta, diversa sensitiva altera esse.

ante

solutum

Acutum

et circa

Sic si circula-
riter

firmū

In tactu autem hoc quod nunc immanifestum
est. Ex aere quidem enim aut aqua
impossibile est constare animatum corpus. oportet
enim esse. Relinquitur autem mixtum
ex terra et ex hiis esse ut vult caro et
caro vel proportionale quare necessarium est et
corpus esse quod medium tactivi appo-
situm natum est per quod fiant sensus
cum sint plures. Declarat. monstrant autem
quod plures qui in lingua tactus
omnia enim tangibilia. Sentit secundum
eandem partem et humorem. Si
quidem igitur et alia caro sentiret hu-
morem. videretur utique unus et idem
esse sensus gustus et tactus. nunc
autem sunt duo propter id quod non convertuntur.
Dubitabit autem aliquis si omne
corpus profundum habet. hoc autem est tertia
magnitudo. quorum autem duorum
corporum medium est aliquod corpus non
contingit ipsa adinvicem se tangere.
humidum autem non est sine corpore
neque humectum. sed necesse est aquam
esse aut habere aquam. que vero tanguntur
adinvicem in aqua non sunt sicca
extrema necesse est aquam habere me-
dium quo repleta sunt ultima
sint autem hoc verum est impossibile est tangere
aliud alio sine medio in aqua
eodem autem modo est et in aere. Similiter enim
se habet aer ad ea que sunt in ipso
et in aqua similiter ad ea que sunt
in aqua et latet autem magis nos
sicut que sunt in aqua alia si
humectum tangit humectum
utrum igitur omnium similiter sit sensus aut alio-
rum aliter sicut nunc videtur. gustus quidem
et tactus in tangendo alii autem a lon-
ge. hoc autem non est sed durum et molle
per alia sentimus sicut et sonabile
et visibile et odorabile. sed alia
quidem a longe alia non a prope propter quod

latet quoniam omnia quidem sentimus
per medium sed in hiis latet. Et
quidem sicut diximus prius et
si per pellem sentiremus omnia tan-
gibilia ignoraret quoniam ex hoc inter-
sile. utique hiis sicut et nunc aqua et
in aere. putamus enim nunc ipsa
tangere et nichil esse per medium
sed differt tangibile a visibi-
libus et sonativis. quoniam illa
quidem sentimus ex eo quod medium
movet ad nos tangibilia autem
non a medio sed simul cum medio sicut
per clipeum percussus. Non enim clipeus
percussus percussit. sed simul accidit
utraque percuti. Omnino autem videtur
caro et lingua sicut aer et aqua
ad visum et auditum et olfactum
se habent sic se habere ad sensitivum
sicut illorum unumquodque. appositio et
sensitivo tacto neque ibi neque hic fiet
utique sensus ut si quis ponat corpus
album in oculi ultimum quare et in-
trinsecum sit tangibilis sensitivum.
sicut enim utique accideret quod quidem in
aliis apposita enim super sensitivum non
sentiuntur. super autem carnem posita
sentiuntur. quare medium tactivi ca-
ro est tangibiles quidem igitur sunt
differentie corporis secundum quod corpus. Dico autem
differentias quibus elementa determinantur
calidum frigidum humidum siccum
sicut de quibus prius diximus est in hiis
que de elementis. sensitivum autem ipsorum
quod tactivum et in quo sensus vo-
catus tactus est primo quod potentia hu-
ius est. Sentire enim pati quoddam
est. Quare faciens quale
ipsum actu hoc illud facit cum sit
potentia. Unde simile calidum et frigidum
aut durum et molle non sentimus
sed excellentias tanquam sensu

velut medietate quadam exi-
stente enim que in sensibilibus con-
trarietatis et propter hoc discernunt sensi-
tiva sensibilia. Medium enim
discretivum est; fit enim ad utrumque ipsorum
alterum extremorum. Et oportet sicut debens
sentire album et nigrum neutrum ipso-
rum esse actu, potentia autem utrumque, sic autem
et in aliis, et in tactu neque calidum
neque frigidum. Amplius autem sicut
visibilis et invisibilis erat quo-
dammodo visus, similiter autem et reliqua
oppositorum, sic et tactus tangibilis
et intangibilis. Intangibile
est autem quod parvam omnino habet differentiam
tangibilium, ut passus est aer,
et tangibilium excellentie sicut
corruptiva. Secundum unumquemque quidem
igitur sensuum dictum est figuraliter. Oportet autem
universaliter de omni sensu accipere quoniam sen-
sus quidem quid est susceptivus specierum
sine materia, ceu anuli sine ferro
et auro recipit figuram, accipit
autem aureum aut eneum signum, sed
non in quantum aurum aut es. Similiter
autem et sensus uniuscuiusque ab habente
colorem aut humorem aut
sonum patitur, sed non in quantum
unumquodque illorum dicitur, sed in quantum huius-
modi et secundum rationem. Sensitivum autem primum
est in quo huiusmodi potentia. Est quidem igitur idem,
sed esse alterum est; magnitudo quidem
enim erit quedam quod sensus patitur;
non sensitivo esse neque sensus ma-
gnitudo, sed ratio quedam et potentia
illius. Manifestum autem ex his
et propter quid sensibilium excel-
lentie corrumpunt sensitiva. Si
namque sit fortior sensitivo motus,
solvitur ratio; hoc autem erat sensus,
sicut et simphonia et tonus per-
cussis fortiter cordis. Et propter quid plante
non sentiunt habentes quandam partem
et animalem et patientes a tangibilibus;
namque frigescunt et calescunt.
Causa enim non habere medietatem
neque huiusmodi principium potens recipere
species sensibilium, sed pati cum materia.
Dubitabit autem aliquis si patiatur
quid ab odore quod impotens est olfacere,
aut a colore non potens videre. Similiter autem
et in aliis. Si autem olfactibile odor,
si aliquid facit olfactum, odor facit;
quare impossibilium olfacere habere nullum possibile
est pati ab odore. Eadem autem ratio
et in aliis, neque impossibilium est sed
in quantum unumquodque sensitivum. Simul
autem manifestum et sic: neque enim lumen
et tenebra neque sonus neque odor
nullum facit in corporibus, sed in quibus est,
ut aer qui cum tonitruis scin-
dit lignum. Sed tangibilia et
humores faciunt; nisi enim, a quo utique
paterentur inanimata et alterabuntur?
Igitur ne et illa faciunt? aut non omne
corpus passivum ab odore et sono,
et patientia indeterminata et non mo-
nent, ut aer; fetet enim sicut patiens
aliquid. Quid igitur est odorare preter
pati quid? aut odorare sentire est,
aer autem patiens sed mox sensi-
bilis fit.

Quod autem non sit sensus alius
preter quinque (dico autem hos visum,
auditum, olfactum, gustum, tactum),
ex his credet aliquis. Si enim omnis
cuius est sensus tactus et nunc sensum
habemus (omnes enim tangibilis in quan-
tum tangibiles passiones
tactu nobis sensibiles sunt), necesse est
si quid deficit deesse sensus et orga-
num necesse nobis deficere; et quecumque
quidem ipsi tangentes sentimus
tactu sensibilia sunt, que existentes

habentes quecumque non per media et non ipsa tangentes simplicibus dico autem ut aere et aqua. Habet autem sic ut si quidem per unum plura sensibilia qualitate altera ab invicem genere necesse habentem huiusmodi sensitivum utrumque sensitivum esse, ut si ex aere est sensitivum et est aer medium soni et coloris. Si vero plura eiusdem sicut coloris et aer et aqua, utraque enim dyafana, et qui alterum ipsorum est habens solum sentiet illud quod per utraque. Simplicium autem ex duobus huiusmodi sensitiva solum. Autem ex aere et aqua pupilla quidem enim aque, auditus vero aeris, olfactus autem horum alterius est. Ignis autem aut nullius est aut communis omnibus, nichil enim sine calore sensitivum est. Terra vero aut nullius est aut in tactu maxime miscetur. Unde relinquitur nullum esse sensitivum extra aerem et aquam. Hec autem et nunc quedam habent animalia. Omnes ergo habentur a non imperfectis neque orbatis. Videtur enim et talpa sub pelle habens oculos. Quare si non sit aliquod alterum corpus et passio que nullius est eorum que sunt hic corporum, nullus utique deficiet sensus. At vero neque communium possibile est sensitivum esse aliquod proprium, que uno quoque sensu sentimus non per accidens ut motus, status, figure, magnitudinis, numeri, unius. Hec enim omnia motu sentimus ut magnitudinem motu, quare et figuram. Magnitudo enim quedam et figura est. Quiescens autem in eo quod non movetur. Numerus vero negatione continui et propriis. Unus quisque enim unum sentit sensus. Quare manifestum quoniam impossibile est cuiuslibet proprium sensum esse horum ut motus. Sic enim erit sicut nunc visu dulce sentimus. Hoc autem est quoniam amborum habentes existimus sensum, quo et cum concidunt cognoscimus. Si vero non, nequaquam sed utique hoc autem per accidens sentiremus ut Cleonis filium, non quod Cleonis filius est, sed quoniam albus. Huic autem accidit filius Cleonis esse. Communium autem habet iam sensum communem non per accidens. Non igitur est proprius. Nequaquam enim utique sentiremus, hoc autem sic sicut diximus Cleonis filium nos videre. Ad invicem enim propria per accidens sentiunt sensus non secundum quod ipsi sunt, sed secundum quod unus cum simul fiat sensus in eodem ut colera quoniam sit amara et rubicunda. Non enim alterius est dicere quod ambo unum. Propter quod et decipitur quod si sit rubicundum opinatur coleram esse. Inquiret autem aliquis cuius causa plures habemus sensus, sed non unum solum. Aut quatinus minus lateant consequentia et communia ut motus et magnitudo et numerus. Si enim esset visus solus et ipse albi, laterent utique magis et viderentur esse idem omnia propter id quod consequuntur se ad invicem simul color et magnitudo. Nunc autem quoniam in altero sensibili communia sunt, manifestum facit quod aliud quiddam unumquodque ipsorum est. Quoniam autem sentimus quod videmus et audimus, necesse est aut visu sentire quod videt aut altero. Si autem altero aut ipse erit qui videt aut alter. Sed idem erit visus et subiecti coloris. Quare aut duo eiusdem erunt aut idem eiusdem. Amplius autem si et sit visus alter sensus aut in infinitum procedit aut aliquis ipse sui ipsius erit videns.

Quare in primo hic faciendum est hoc autem dubium. Si enim visu sentire videre enim est. visum autem color aut habens hunc. si videbit aliquis quod est videns et colorem habebit primum videns. Manifestum igitur quoniam non est unum visu sentire. et namque cum non videmus visu discernimus et tenebras et lumen sed non similiter. Amplius autem et videns est tanquam coloratum est. Sensitivum enim susceptivum est sensibilis sine materia unumquodque. Unde abeuntibus sensibilibus insunt sensus et fantasie quibus sentiunt. Sensibilis autem actus et sensus idem est et unus esse autem ipsorum non idem. Dico autem ut sonus secundum actum et auditus secundum actum. Est enim auditum habentia non audire et habens sonum non semper sonat. Cum autem operatur potens audire et sonet potens sonare tunc secundum actum auditus simul fit et secundum actum sonus. Quorum dicet utique aliquis hoc quidem esse auditionem hoc vero sonationem. Si igitur est motus et actio et passio in eo quod agitur necesse et eo sonum et auditum secundum actum in eo quod est secundum potentiam esse. activi enim et motivi actus in paciente fit. Unde non necesse est movens moveri. Sonativi quidem igitur actus aut sonus sonatio est. auditivi autem aut auditus auditio est. Dupliciter enim auditus et dupliciter sonus. Eadem autem ratio est et in aliis sensibus et sensibilibus. Sicut enim actio et passio in paciente sed non in agente. et sic sensibilis actus et sensitivi in sensitivo est. Sed in quibusdam quidem nominatum est ut sonatio et auditio. In quibusdam autem non nominatum est. Dicitur enim visio actus visus. visus actus quae non est coloris non nominatum est. et gustativi gustus est. humoris autem non nominatum est. Quoniam autem unus quidem est actus sensibilis et sensitivi esse autem alterum est necesse est igitur et similiter corrumpi et salvari sic dictum est auditum est et sonum et humorem igitur et gustum. et alia similiter. Dicta autem secundum potentiam non necesse. Sed priores physiologi hoc non bene dicebant nihil opinantes neque album neque nigrum sine visu esse neque humorem sine gustu. Sic quidem enim dicebant recte sic autem non recte. Dupliciter enim dicto sensu et sensibili horum quidem secundum potentiam illorum vero secundum actum. in his quidem accidit quod dictum est sed in aliis non accidit. Sed illi simpliciter. Si autem symphonia vox quaedam vox est et auditus est sicut unum et est sicut non unum aut idem. proportio autem est symphonia necesse est et auditum rationem quandam esse. Et propter id quod corrumpit unumquodque excellens acutum et grave auditum. et in humoribus gustum et in coloribus visum fortiter fulgidum et opacum et olfactum fortis odor et dulcis amarus tanquam ratio quaedam sit sensus. Unde delectabilia quidem sunt quando ducuntur sincera et mixta [illegible] ad rationem ut acutum aut dulce aut salsum. delectabilia enim tunc sunt. Omnino autem quod mixtum est symphonia magis quam acutum et grave. Tactus autem calefactibile et frigorabile. Sensus autem ratio est. Excellentia autem contristant aut corrumpunt. Unusquisque quidem igitur sensus eius sensibilis est in sensitivo inquantum sensitivum et discernit eius sensibilis differentias ut album

dicebatur [illegible] simpliciter

qui est

quod et nigrum ipsius dulce n̄ et ama
rum gustus. ḡr autem et albi et dul
ce et unumquodque sensibilium ad unumquodque
discernimus quodam et sentimus
quod distinct. Necesse esse necesse ḡr sensu se
sibilia enim sunt. Quare et manifestum quoniam
caro non est ultimum sensitivum necesse enim
esset tangens ipsum discernens disc
nere neque utique separatis contingit utique
discernere quod alterum sit dulce ab al
bo sed oportet ab aliquo uno utraque manifesta esse
Sic enim et si hoc quidem ḡr aliud autem
tu sentis manifestum utique erit quoniam altera ad in
vicem sunt. oportet autem unum dicere
quoniam alterum. alterum enim dulce ab albo
dicit ḡr idem. Quare sicut dicit sic in
telligit et sentit quod ḡr non possibile se
paratis iudicare separata que tamen palam
Quod autem neque in separato tempore hinc sic
enim idem dicit quod alterum bonum et malum
sic et quando alterum dicit. quoniam alterum dicit et
alterum non secundum accidens ipsum quando dico
ut puta nunc dico quoniam alterum non ut
et quoniam nunc est. simul ḡr. quare inseparabile
et inseparabili tempore at non impossibile est simul
secundum contrarios motus moveri idem autem
indivisibile et indivisibili tempore si enim
dulce sic movet sensum aut intellectum
amarum autem et contrarie et album
aliter ḡr simul quidem et numero indivisibile
et inseparabile quod iudicat secundum esse autem
separatum est ḡr quodammodo quod divisibile divisa
sentit est autem quod indivisibile loco et
numero indivisibile quod non possibile potest quidem
enim idem et indivisibile contraria potentia esse actu non
sed in operari divisibile et impossibile est album et nigrum
esse simul. quare neque species patitur eorum
si huiusmodi est sensus et intellectus. Sed sicut
quod vocant quidam punctum aut unum
aut duo sic et divisibile secundum quod quidem quod
ḡr indivisibile unum discernens est et simul. secundum quod
divisibile bis utitur eodem signo simul

Inquantum quidem ḡr pro duobus utitur
terminus duo iudicat et separata sunt ut
et ut separato. inquantum vero unum uno et
simul. etc. propter quidem ḡr principium quo dicimus sensitivum
esse animal determinatum sit hoc modo

Quoniam autem duabus differentiis
diffiniunt maxime animam motu
secundum locum et in eo quod est intelligere et dis
cernere et sentire. videtur autem intelligere
et sapere tanquam quoddam sentire esse
in utrisque enim hiis anima iudicat aliquid et
cognoscit eorum que sunt et an
tiqui sapere et sentire idem esse aiunt
aiunt sicut Empedocles dixit ad pre
sens nomen augetur et in hominibus
et in aliis unde eis semper sapere altera
prestat. Idem autem hiis vult velle et id
quod est homerum talis enim intellectus est et terrenis
hominibus qualem ducat in die pater
virorumque deorum omnes enim hii intelligere sicut
corporeum opinantur sicut sentire
et sentire et sapere simile simili ut et in hiis que ex
principio rationibus determinavimus
Et tamen oportet ipsos de deceptione
dicere simul magis proprium enim est animalibus
et plurimum tempus in hoc perficit anima unde
necesse aut ut quidam dicunt omnia que
videntur esse vera aut dissimilis rei
tactum deceptionem esse enim contrarium ei quod
simile simili cognoscere videtur et et deceptio
et scientia contrariorum eadem esse quod quidem igitur
non idem sit sapere et sentire manifestum est
hoc quidem enim omnibus est hoc autem in paucis
animalium est. Sed neque intelligere in quo est et
non recte. recte quidem prudentia
et scientia aut opinio vera. non recte
autem contraria horum neque hoc est idem
cum ipso sentire. Sensus quidem enim
propriorum semper est verus et omnibus inest
animalibus. intelligere autem contingit autem
et falso et nulli inest cui non inest
et ratio. fantasia enim et alterum est a sensu

et ab intellectu et hoc non fit si-
ne sensu et sine hac non est opinio. Quod autem
non est eadem fantasia et opinio
manifestum. Hec quidem enim passio in nobis est cum
volumus. Pre oculis enim est facere sic-
ut in memorativis ponentes et ydola fa-
cientes. Opinari autem non in nobis
est. Necesse enim falsum aut verum dicere
opinantem. Amplius autem cum quidem
opinamur difficile aliquid aut
terribile statim compatimur. Similiter
autem est et si confidendum. Secundum
fantasiam autem sic nos habemus
sicut si cernimus considerantes in pictura
difficilia et confidentia. Sunt autem
et ipsius acceptionis differentie scientia et opinio
et prudentia et contraria horum, de quorum
differentia altera sit ratio. De eo autem quod est
intelligere, quoniam ab eo quod est sentire diversum
est, huius autem aliud fantasia esse
videtur aliud opinio. De fantasia determinan-
tes sic et de altero dicendum est. Si igitur fan-
tasia est secundum quam fantasma aliquod
nobis fieri dicimus et si non dicimus secundum
metaphoram, dicimus una quedam est
potentia horum aut habitus secundum
quam discernimus et verum aut
falsum dicimus. Huiusmodi autem sunt sensus opinio
scientia intelligens. Quod quidem
igitur non sit sensus est manifestum ex hiis.
Est sensus quidem enim aut potentia aut
actus ut visus et visio. Fan-
tasiatur autem aliquid et nullo
horum existente ut que in sompnis.
Postea sensus quidem semper
adest in viventibus et non orbatis,
fantasia autem non. Si vero ei quod
actu idem omnibus utique contingeret
bestiis fantasiam inesse videtur autem
non. vt. Si vero ei quod actu idem omnibus
utique contingeret bestiis fan-
tasiam inesse, videtur autem non

formice aut api aut vermi. Postea
hii quidem veri sunt semper, fantasie autem plures
false. Amplius autem non dicimus cum
operamur certe circa sensibile quoniam videtur
hoc nobis homo, sed magis cum vero
non manifeste senciremus. Tunc
et aut verus aut falsus. Et quod quidem
diximus apparent et dormientibus
visiones. At vero neque in semper vera dicentibus
nec una erit ut scientia aut intellectus.
Est enim fantasia et falsa. Relinquitur
igitur videre si opinio sit. Fit enim et opinio et
vera et falsa. Sed opinionem quidem sequitur
fides; non enim contingit opinantem
de quibus non videtur credere. Bestiarum
autem nulli inest fides, fantasia autem
multis. Amplius si omnem opinionem se-
quitur fides, fidem autem suasum esse, suasionem
autem ratio, bestiarum autem quibusdam
fantasia quidem inest, ratio vero non.
Manifestum igitur quoniam neque opinio cum sensu
neque per sensum neque complexio opinionis et
sensus erit fantasia, propter hoc et manifestum quod
non alicuius alterius quedam est opinio sed illa que
quidem est cuius est et sensus. Dico autem
ex albi opinione et sensu complexio
fantasia est. Non enim ex opinione
quidem est boni, ex sensu autem albi.
Apparere igitur est opinari quod quidem sentitur
non secundum accidens. Apparent et falsa
de quibus simul acceptionem veram
habet, et videtur sol unius pedis,
sed creditur esse maior terre habitatio-
ne. Accidit igitur aut abicere suam
ipsius veram opinionem quam habebat
salvare neque oblitum neque decidentem
aut si adhuc habet eandem necesse
veram et falsam. Sed falsa facta est
cum lateat transiens res. Non igitur
unum aliquod horum est neque ex hiis fan-
tasia. Sed quoniam est moto isto alterum
ab hoc, fantasiam et motum videtur esse

et non sine sensu fieri, sed in hiis quorum sen
sus est et quorum sensus. Est autem
motus factus ab actu sensus, et hunc
similem necesse est esse sensui. Erit utique
hic motus non sine sensu contingens
neque non sentientibus inesse, et multa
secundum ipsam facere et pati habens, et esse
veram et falsam. Hoc autem accidit propter hoc.
Autem prior quidem sensus est verus, aut
quam paucissimum habens falsum.
Secundo autem de accidere hoc et hoc iam
contingit mentiri. Quod quidem enim album,
non mentitur; si autem hoc album
aut aliud, mentitur. Tertio autem
communium et consequentium accidentia quibus
insunt propria. Dico autem ut motus
et magnitudo accidunt sensibilibus,
circa que est maxime iam decipi
secundum sensum. Motus autem ab actu
factus differt a sensu, qui ab hiis tribus
sensibus. Et primus quidem presentis
sensus verus, alii autem presentis
et absentis erunt utique falsi, et ma
xime cum procul sit sensibile. Si igitur
nichil aliud habet que dicta sunt nisi fanta
siam, hoc autem est quod dictum est, fantasia
utique erit motus a sensu secundum actum
factus. Quoniam autem visus maxime
sensus est, et nomen a lumine accepit,
quoniam sine lumine non est videre. Et quoniam
immanent et similes sunt sensibus,
multa secundum ipsas operantur alia, hec quidem alia
quia non habeant intellectum, non habent,
ut bestie, alia vero ex velamento in
tellectus aliquando passione aut egri
tudine aut sompno, ut homines.
De fantasia quidem igitur quid est et propter
hoc quid est tantum sit dictum.

De parte autem anime qua cognos
cit anima et sapit, sive separabili
existente sive non separabili secundum magnitudi
nem sed secundum rationem, considerandum quam habet
differentiam, et quomodo quidem fit ipsum intelligere.
Si igitur est intelligere sicut sentire, aut
pati aliquod utique erit ab intelligibili,
aut aliquid huiusmodi alterum. Impassibile igitur oportet esse,
susceptivum autem speciei, et potentia huiusmodi, sed non
hoc; et similiter se habere, sicut sensitivum
ad sensibilia, sic intellectum ad intel
ligibilia. Necesse est itaque, quoniam omnia
intelligit, immixtum esse, sicut dicit
Anaxagoras, ut imperet. Hoc autem est
ut cognoscat. Intus apparens enim
prohibebit extraneum et obstruet.
Quare neque ipsius esse naturam neque unam,
nisi autem hanc quod possibilis. Vocatus
itaque anime intellectus (dico autem intellectum
quo opinatur et intelligit anima)
nichil est actu eorum que sunt ante
intelligere. Unde neque misceri est rationabile ipsum corpori.
Qualis enim aliquis utique fiet, aut
calidus aut frigidus, aut organum
aliquod erit, sicut sensitivo; nunc autem
nullum est. Et bene iam dicentes sunt animam
locum esse specierum, nisi quod non tota sed in
tellectiva, neque actu sed potentia species. Quoniam
autem non similis sit impassibilitas
sensitivi et intellectivi, manifestum est ex organis et
sensu. Sensus enim non potest sentire
ex valde sensibilibus, ut sonum ex magnis
sonis, neque ex fortibus odoribus
et coloribus neque videre neque odorare;
sed intellectus cum intelligit aliquod valde
intelligibile, non minus intelligit infima,
sed magis. Sensitivum quidem enim non
sine corpore est, hic autem separatus est.
Cum autem sic singula fiat ut
sciens dicitur qui secundum actum, hoc autem
confestim accidit cum possit operari per
se ipsum, est quidem igitur et tunc potentia quodam
modo, non tamen similiter et ante addiscere
aut invenire. Et ipse autem se ipsum tunc
potest intelligere. Quoniam autem aliud est
magnitudo et magnitudini esse

esse et aqua et aque esse et sic in multis aliis, non autem in omnibus. In quibusdam enim idem est esse, ut carnis esse et carnem aut alio aut aliter habente discernit. Caro enim non sine materia, sed sicut simum hoc in hoc. Sensitivo quidem igitur calidum et frigidum iudicat et quorum ratio quedam caro. Alio autem aut separato aut sicut circumflexa se habet ad se ipsam cum extensa sit, carnis esse discernit. Iterum autem in hiis que in abstractione sunt rectum sicut simum; cum continuo enim. Quod autem quid erat esse, si est alterum recto esse et rectum, alio; sit enim dualitas. Alio ergo aut aliter se habente iudicat. Omnino igitur sicut separabiles res a materia, sic et que circa intellectum sunt. Dubitabit autem utique aliquis, si intellectus simplex est et impassibilis et nulli nichil habet commune, sicut dixit Anaxagoras, quomodo intelliget, si intelligere pati quoddam est. In quantum enim aliquid commune utrisque est, hoc quidem agere videtur, illud autem pati. Amplius autem si intelligibilis et ipse. Aut enim aliis inerit intellectus, si non secundum aliud ipse intelligibilis, unum autem aliquid quod intelligibile est specie; aut autem mixtum aliquid habebit quod facit intelligibilem ipsum sicut alia. Aut pati quidem secundum commune quiddam divisum est prius, quoniam potentia quodammodo est intelligibilia intellectus, sed actu nichil antequam intelligat. Oportet autem sic sicut in tabula nichil est actu scriptum; quod quidem accidit in intellectu. Et ipse autem intelligibilis est sicut intelligibilia. In hiis quidem enim que sine materia, idem est intelligens et quod intelligitur. Scientia autem speculativa et sic scibile idem est. Non autem semper intelligendi causa consideranda est. In habentibus autem materiam potentia solum unumquodque est

intelligibilium. Quare illis quidem non inerit intellectus (sine materia enim potentia intellectus talium), illi autem intelligibile erit. Quoniam autem sicut in omni natura est aliquid hoc quidem materia in unoquoque genere (hoc autem quod potentia omnia illa), alterum autem causa et factivum, quod in faciendo omnia, ut ars ad materiam sustinuit, necesse et in anima has esse differentias. Et est huiusmodi quidem intellectus in quo omnia fiunt, ille vero in quo omnia facere, sicut habitus quidam sicut lumen. Quodam enim modo et lumen facit potentia existentes colores actu colores. Et hic intellectus separabilis et impassibilis et immixtus, substantia actu ens. Semper enim honorabilius est agens patiente et principium materia. Idem autem est secundum actum scientia rei. Que vero secundum potentiam tempore prior in uno est, omnino autem neque tempore. Sed non aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit. Separatus autem est solum hoc quod vere est, et hoc solum immortale et perpetuum est. Non reminiscimur autem, quia hoc quidem impassibile, passivus vero intellectus corruptibilis, et sine hoc nichil intelligit. Indivisibilium quidem igitur intelligentia in hiis est circa que non est falsum; in quibus autem et falsum et verum, compositio quedam iam intellectuum est sicut eorum que unum sunt; quemadmodum Empedocles dixit, ut multorum quidem capita sine cervice germinaverunt, postea composita sunt concordia, sic et hec separata composita sunt, ut asymmetron et diametros. Si autem factorum aut futurorum, tempus cointelligens et componens. Falsum enim in compositione semper est; et enim si album non album composuit, aut si non album album composuit. Contingit autem et divisionem dicere omnia. Sed igitur est non solum falsum aut verum quod albus Cleon est, sed et quod erat aut erit. Unum autem faciens hoc intellectus est unumquodque. Indivisibile autem quoniam dupliciter, potentia aut actu, est nichil

prohibet intelligere indivisibile si longi
tudinem intelligat. Indivisibile
n. actu autem est in tempore indivisibili. sed
tempus indivisibile longitudinem. Non
igitur est dicere quid in medio intelligit utrumque
non n. erat si dividatur sed aut potentia
seorsum autem utrumque intelligens
dimidiorum dividit et n. tempus similiter tunc
ut in longitudinem. Si non est sicut
ex utrisque et in tempore est quod in utrisque.
Quod autem non secundum quantitatem
indivisibile est sed specie intelligit indivisibili
tempore et indivisibili anime. Secundum accidens
autem et non in quantum illa divisibilia
quod intelligit et in quo tempore sed in quantum
indivisibilia sunt. In est autem
utrumque hiis aliquid indivisibile sed forte
non separabile quod facit tempus unum et lon
gitudinem et hoc similiter in omni est
continuo et tempore et longitudine.
Punctum autem et omnis divisio et sic in
divisibile monstratur sicut privatio
et similis ratio in aliis est ut quo ma
lum cognoscit aut nigrum contrario n.
aliquo modo cognoscit. Oportet autem potentia esse
cognoscens et esse in ipso. Si vero
alicui non inest contrarium ipsum seipsum
cognoscit et actu est separabile. Est
autem dictio quidem aliquid de aliquo
sicut affirmatio vera aut falsa. Omnis
intellectus autem non omnis sed qui est ejus quod
quid erat esse verus est et non aliquid de ali
quo sed sicut videre proprii verum est. Si autem
homo albus aut non non verum semper.
Sic autem se habent quecumque sine materia sunt.
Idem autem est secundum actum scientia rei.
Que vero secundum potentiam tempore prior in uno. Omnino autem
nec tempore sunt. n. ex eo quod actu est
omnia que fiunt. Videtur autem sensibile
ex potentia existente sensitivo actu agens.
Non n. patitur neque alteratur. Unde
alia hec species motus. Motus n. imperfecti

actus. Simpliciter autem actualis est qui perfecti.
Sentire quidem igitur simile est ipsi dicere
solum et intelligere. Cum autem delectabile
aut triste aut affirmans aut
negans persequitur aut fugit
et est delectari et tristari agere sen
sitiva medietate ad bonum aut
malum in quantum talia. Et fuga
autem et appetitus hoc quod secundum actum
et non alterum et appetitivum et fu
gitivum neque ab invicem neque a sensitivo
sed esse aliud est. Intellective autem anime
fantasmata ut sensibilia sunt.
Cum autem bonum aut malum affir
mat aut negat et fugit aut
persequitur. Propter quod nequaquam sine
fantasmate intelligit anima. Sicut n.
aer pupillam hanc fecit talem, ipsa
autem alterum et auditus similiter. Ultimum
unum et una medietas esse autem
ipsa plura. Quo autem discernit quo
differt dulce et calidum. Dictum est quidem
et prius. Dicendum autem et nunc est.
n. aliquid unum sic autem et terminus. Et
hec in proportionali aut numero ens unum
habet se ad utrumque sicut illa ad invicem.
Quo n. differt non omogenea in
dicere aut contraria ut album et nigrum.
Sit igitur sicut .a. album ad .b. nigrum
.g. ad .d. sicut ista ad invicem quare
et permutatim sicut .g. .g. .d. unum sit.
contraria. Sic se habebunt sicut ad .d. .b.
idem quidem esse autem non idem
et illud similiter. Eadem autem ratio est
et si a quidem dulce sit .b. vero album.
Species quidem igitur intellectivum in fantas
matibus intelligit et sicut in illis
determinatum est ipsi imitabile et fugiendum
et extra sensum cum in fantasma
tibus sit movetur. Ut sentiens fu
gibile quoniam ignis communi cognoscit
videns quod movetur quoniam impugnans

est. aliis autem que sunt in anima
fantasmatibus aut intellectibus
tanquam videns ratiocinatur et
deliberat futura aut presencia et cum
dixerit ut ibi letabile aut triste hic
fugit aut imitatur. omnino in actione
verum et si non in eodem genere est cum bono
et malo sed in eo quod simpliciter differt
et a quodam. abstractione autem dicta
intelligit sicut simum secundum quod simum
non separate in quantum autem curvum
si aliquis actu sine carne utique in-
telligeret in qua curvum sit mathe-
matica non separata sicut intelligit
cum intelligit illud. omnino autem
intellectus est qui secundum actum res. utrum
autem contingat aliquod separatorum
intelligere ipsum existentem non separatum
a magnitudine aut non consi-
derandum posterius. Nunc et de anima
dicta recapitulantes dicamus
iterum quod omnia ea que sunt quodam-
modo est anima. aut enim sensibilia entia
que sunt aut intelligibilia. est
autem scientia quodammodo scibilia. qualiter autem
hoc sit oportet inquirere. secatur igitur scientia
in res et sensus que quidem potentia est in
ea que sunt potentia que vero actu in ea
que sunt actu. anime sunt sensitivum
et quod scire potest potentia hec sunt. hoc quidem
scibile illud vero sensibile. necesse est autem
aut ipsa aut species esse. ipsa quidem igitur
non sunt. non enim lapis in anima
est sed species. quare anima sicut manus est.
manus enim organum organorum et
intellectus species specierum et sensus species
sensibilium. quoniam autem neque res
nulla est preter magnitudinem sicut
videntur sensibilia separata in speciebus
sensibilibus intelligibilia sunt
et que abstractione dicuntur et quecumque
sensibilium est habitus et passiones

et ob hoc neque non senciens nichil. nichil
utique addisceret neque intelligeret. sed cum specu-
letur necesse est simul fantasma aliquid se-
parari speculari. fantasmata enim sicut
sensibilia sunt preter quod sunt sine ma-
teria. est autem fantasia alterum ab affirmatione et ne-
gacione. complexio enim intellectuum est verum aut
falsum. primi autem intellectus quo distinguntur dico
differunt ut non fantasmata sint
aut neque alii fantasmata sed non sine
fantasmatibus. Quoniam autem anima
secundum duas diffinita est potentias que animalium
est et discretione quidem quod intellectus opus
est et sensus et adhuc in movendo secundum locum
motu de sensu quidem et intellectu deter-
minata sint tanta. de movente
autem quid forte sit anime speculandum
est. utrum una quedam pars ipsius sit se-
parabilis aut magnitudine aut
ratione aut omnis anima et si pars aliqua
utrum propria que sibi sit preter consue-
tas dici et dictas aut harum una ali-
qua sit. habet autem dubitationem mox quo-
modo partes anime dicas dicere et quot. modo
enim quodam infinite videntur et non
solum quas quidam dicunt determinantes
racionativam et irascibilem et appe-
titivam hii autem rationem habentem et irra-
cionabilem. secundum enim differentias per quas has
separant et alie videntur partes maiorem
differentiam hiis habentes de quibus et nunc
dictum est vegetativa enim que et plan-
tis inest et omnibus animalibus et sensitiva
quam neque sicut irrationale neque sicut rationem
habentem ponet quis utique facile. ad-
huc autem et fantastica que per esse
quidem et ab omnibus aliis altera est cui
autem harum eadem aut altera sit habet
multam dubitationem et si quis ponat se-
paratas partes anime. adhuc autem appe-
titiva que et ratione et potentia altera videbitur
utique hanc sequestrare. In racionativa et

nunc

voluntas fit cum et si in racionabili concup
iscencia et ira. Si autem tria anima in
uno quoque erit appetitus et in de quo
nunc in sermone instat quid movens secundum
locum animal est. Secundum quid enim augmen
tum et decrementum motum quod in omnibus
inest quod omnibus inest videbitur utique mo
vere generativum et vegetativum de res
piracione autem et exspiracione
et sompno et vigilia posterius
perspiciendum. habent enim et hec dubitacio
nem multam. Sed de motu secundum locum quid
movens animal secundum processivum motum
considerandum. Quod quidem igitur non vegetativa
potencia manifestum. semper enim propter aliquid motus hic
et autem cum fantasia aut appetitu
est. nichil enim non appetens aut fugiens
movetur nisi aut violencia amplius et
plante utique essent motive et utique
utique haberent aliquam partem organicam
ad motum hunc. Similiter autem neque sensitivum
multa enim sunt animalium que sensum
quidem habent manencia autem et immo
bilia sunt per finem. Si igitur natura nichil
facit frustra neque deficit in necessariis
nisi in orbatis et imperfectis. hec autem animalium
perfecta et non orbitates sunt. Signum
autem est quod generativa quedam sunt
et augmentum habent et decrementum
quare et haberent utique partes organicas
processionis. At vero neque racionativa
et vocatus intellectus est movens. Spe
culativus quidem enim nichil speculatur
actuale neque dicit de fugibili et perse
quibili semper autem motus aut fugi
entis aut persequentis aliquid est. Sed neque
cum speculatur fuerit aliquid huiusmodi iam pre
cipit aut persequi aut fugere utputa
multociens intelligit terribile
aliquid aut delectabile non iubet autem
timere. Sed cor movetur. si autem delectabile
altera aliqua pars. Amplius et precipi

ente intellectu et dicente intelligibili aliquid
fugere aut persequi non movetur sed
secundum concupiscenciam agit ut incontinens
et totaliter autem videmus quod habentes
medicinalem non sanantur tamquam
alterius quod sit proprium agere secundum
scienciam sed non sciencie. At vero neque
appetitus huius motus dominus est.
abstinentes enim appetentes et
concupiscentes non operantur quorum
habent appetitum sed sequuntur intel
lectum. Videntur autem duo hec mo
vencia aut appetitus aut intellectus
si aliquis fantasiam posuerit
sicut intelligenciam quandam. multa enim
preter scienciam sequuntur fantasias
et in aliis animalibus non intelligencia
neque sillogismus est sed fantasia. utraque igitur mo
tiva secundum locum intellectus et appetitus.
Intellectus autem qui propter aliquid racionatur
et qui practicus est. Differt autem
a speculativo fine. Et appetitus
propter aliquid omnis est. Cuius enim appetitus hic prin
cipium practici intellectus. ultimum
autem principium accionis est. Quare
racionabiliter hec duo videntur movencia
appetitus et intelligencia pra
ctica. appetibile enim movet et propter hoc
intelligencia movet quia principium eius est
appetibile et fantasia autem cum mo
veat non movet sine appetitu. unum
igitur movens quod appetibile. Si enim duo in
tellectus et appetitus movebant
secundum communem utique aliquam speciem mo
vebant. nunc autem intellectus non videtur
movens sine appetitu. voluntas enim
appetitus est. Cum autem secundum racionem
moveatur et secundum voluntatem movetur. appetitus
autem movet preter racionem. concupiscencia enim quidam
appetitus quidem est. intellectus quidem igitur
omnis principior rectus. appetitus autem
et fantasia et recta et non recta

vn̄ sp̄ quād moȝ appe^le. s; h̄ est
bonum aut appens bonū nō oē
aut s; actuale bonū actuale et
ē ɔtingens et alr̄ se hr̄e. Quod
quid ḡ h̄ p̄s moȝ aīe que vocat^ur
appetitus manifestum ē. videntib^us
aut aīe ptes si sm̄ rōes diuidant
et seperent et valde multe fiunt
vegetabile sēsi^le intellectiuū cō
siliatiuū ad huc appetitiuū h̄.n. pl^us
differunt ab inuicem ɔcupi^le et irasci^le
Cum autem appetitus fiunt cō
traria ad inuicem h̄ aūt accidit cū rō
et ɔcupie ɔrie fiunt. Sunt aut
in hiis sensum hn̄tibus. Intellus
quod .n. ppͥ futurū retrahe iubet
ɔcupia aūt ppͥ ipm iam vr̄ enī
q̄ iam delecta^le et simplr̄ dele^le et
bonū simplr̄ ppͥ ea q̄ nō vr̄ q̄ fu
turū. Spē quid ḡ vnū erit mo
uens appe^le aut appetitiuū pmū
q̄ oīm appe^le h̄ .n. moȝ cū n̄ mo
co q̄ sit intellm aut ymaginatū
aūt plura mouencia. Cum aūt
tria sunt vnū quid mouens. s̄
aūt q̄ moȝ tertiū q̄ mouetur. mouens
aūt duplex aūt quod imo^le aūt q̄
mo^r. Est aūt imo^le actuale bonū
mouens aūt et q̄ mo^r appetitiuū
mouetur .n. q̄ appetit s̄ q̄ appetit
et appetit actus. aut motus q̄dam
ē. Quod aūt mo^r aīl et quo nō
moȝ organo appetitus. iam h̄
corporale ē vn̄ et i cōibus corpib;
et aīe opib; ɔsiderandū ē de ipīs
Nunc autem ut sūma dicatur
mouens organice ibi ū pn̄m et finis
idē velud ɔlingismus h̄.n. gibbosū
et ɔcauū. h̄ quod finis pn̄ pn̄m
vn̄ aliud quod quiescit aūt uo mō
rōne quid alia ē magnitudine
uo iseparabilia oīs .n. pulsu trac

cu mouetur ppͥ q̄ oȝ sic in circulo
manere aūd et hinc incipe motū
oīo quid ḡ sic pactū ē inquantum
appetitiuū aīl. Sic ipius motiuū
appetitiuū aūt nō sine fantasia
fantasia aūt oīs rōnalis aut sēsibil^is
ē. hac quid ḡ et alia alia pticipant.
Considerandū aūt et de ipsis q̄
mouens ē quib; tactus solū inē
sensus. vtrū ɔtingat fantasiam
inēē hiis aut nō et ɔcupia. videntur
enī leticia aut tristicia inēē. Si
aūt h̄ et ɔcupiam necē fantasia
aūt quō utiq; inerit aut sicut mo
uentur indetinate et h̄ insūt quid in
detinate aut insunt sensibilis quod
ḡ fantasia sic dēm ē et alns alib;
inē. deliberatiua aūt in rōnalibus
vtrū .n. agens aut h̄ iam rōnis ē
opus et necē vno mensurare. Nam s̄
.n. insequitur quare poss vnū ex plurib;
fantasmatib; facere et cā h̄ eius q̄ opi
mone nō putari hr̄e. Cum eam
que sillō nō hr̄e. h̄ aūt illam ppͥ q̄
deliberatiuam nō hr̄ appetitus. vincit aūt
aliū et moȝ deliberatiuum aliū aūt moȝ
se ipm sicut spera appetitus appeti
tiuū ɔtinencia fiunt. naturaliter aūt
sp̄ q̄ sursum pncipalior ē et mouet
ita trib; lacionib; moueatur. Sci
entificū aūt nō moȝ s; manet.
Quoniā aūt h̄ quid vlis existimacio
et rō alia uo pticlaris. h̄ quid enī
dicit q̄ oȝ talem tale agere et ego
talis. Iam h̄ mouet opīo nō que
vlīs. aut similiter. s; h̄ quid quiescens
magis h̄ aūt nō. vegetabilem
quid ḡ aīam necē ē hr̄e omē quod
vnū et aīam hr̄ a gnōne usq; ad
gnōm corruptōm necē ē .n. quod
generatur augmentū hr̄e et statum
et decrementum. h̄ aūt sū alimento

impossibile. Et necesse quod inesse negeabile potentia in omnibus generatis et corruptibilibus sensum, et non necesse in omnibus inmentibus. Neque enim quorum corpus simplex contingit habere. tactum neque sine hoc possibile est esse nullum aliud. et necesse sensum habere si meth finistra facit non propter .n. ad omnia que sunt nata subsistunt aut conterencia sunt corporum que sunt propter ad si quod omne processiuum corpus non habet sensum corrumpetur ad finem non utique ueniet quod est nec opus quomodo .n. aletur in manentibus quidem existit quod unum nota sunt non potest corpus habere quod animam et intellectum distinctiuum sensum autem non habere non mansiuum existens generale autem ad uero neque ingenerabile quare .n. non habebit aut .n. anime melius aut corpori nunc autem neutrum est hec quidem .n. non magis intelliget hec autem nichil erit magis propter id nullus quod propter habet corpus non manens sine sensu at uero si sensum habet necesse est corpus esse aut simplex tactum .n. non habet habere est autem necesse hunc habere hec autem ex hoc manifestum quoniam .n. aliud corpus animatum est corpus autem omne tangibile, tangibile autem quod sensibile tactu necesse est. et aliud corpus tactiuum esse. Si oportet saluari aliud animal cum sensus per alia sentiunt ut olfactus uisus auditus. tactus autem non habebit sensum non poterit hec quidem fugere alia uero accipere. Si uero hec impossibile erit saluari animal. propter quod et gustus est sicut tactus quidem alimenti .n. est alimentum autem corpus tangibile sonus autem et color et odor non aliunt neque faciunt augmentum neque decrementum quare et gustum necesse est et tactum quendam esse quod tangibilis et negatiuum sensus est hic quidem quod necesse est animalibus quo et manifestum quod non possibile sine tactu animal

esse aliud quod propter bonum et genus alium iam non cuiuslibet sed quibusdam ut processiuo necesse est in esse si .n. oportet saluari non solum tactus oportet sentire set et de longe hoc autem erit si per medium sensitiuum sunt eo quod illud quidem a sensibili patiatur et moueatur ipsum quod ab illo Sicut .n. mouens secundum locum sicut aliquibus permutare facit et depellens alterum facit ut pellat et est per medium motus et primum quidem mouens depellit et non depellitur ultimum autem mouens depellitur. Solum non depellit medium autem ambo multa autem medii sic in alteratione preter quod unum manens in eodem loco alterat ut si in ceram intinxit aliquis usque ad hoc mota est usque quo uenit lapis autem non sed aqua usque ad procul aer autem ad plurimum mouet et facit et patitur. Si maneat et unus sit unum et de repercussione est melius quam uisum egredientem repercuti a cera et aere propter afrigore et calore uel quo quidem sit unus in leui autem est unus propter quod iterum tac uisum mouebit sicut utique si in cera sigillum ingrederetur usque ad finem. Quod autem impossibile sit simplex esse animal corpus manifestum est. Dico autem puta igneum aut aereum Sine quidem .n. tactu neque unum contingit aliud sensum habere corpus .n. tactiuum et animatum omne sicut dictum est. alia autem preter terram sensibilia utique fiet omnia autem eo quod per alterum sentire faciunt sensum et per medium. tactus autem est in tangendo ipsa propter quod et habet hoc nomen et tamen alii sensus tactu sentiunt. sed per alia. hic autem uidetur solus per se ipsum. Quare horum elementorum nullum utique erit corpus animalis neque terrenum omnium .n. tangibilium tactus est sicut medietas et susceptiuus sensus

nō solū queq3 t̄re c̄re sunt ɓ ca
lidi ⁊ frigidi et alioꝝ oīm tan
gi possibiliū ⁊ ꝓꝑ ħ ossib3 ⁊ capil
lis et hi' ꝑtibus non sentiunt' q̄ t
t̄re sunt et plante ⁊ ob ħ nullū
h̄nt sensum q̄ t̄re. Siū ꝯ' tactu
m3 vnū ꝑ ole m3 ali' elorꝝ nulli'
maīm g' quī nc̄ce ħ solo ꝑuato
sensu aīalia mori m3. n. h̄ūl ꝑ ole
ē nō aīal exūs. m3 aī sit aī al' aīa
liū nc̄ce ē h̄re ꝑt' hunc ⁊ ꝓꝑ ħ
quod aīalia sensibilia excellēcī
non corrūpunt aīal ut color et
odor et sonus s3 solū sensus nisi
sm accūs puta si simł sono de
pulsio fiat ictus et auisus ⁊ odo
re aīalia mouentur q' tactu
corrūpunt et humor aūt ħ q̄
simł accidit tactuū ēē sic cor
rūpit ¶ Tangibiliū ꝯ excellē
cia ut calidor et frigidor ⁊ du
ror corrūpunt aīal. oīs quid'
eni sīl' sīt fluitas corrpit sēsū.
Q'e ⁊ q̄ tangi ꝑt ħ aūt determi
natū ē intelle sū autē tactu mō
strauit q̄ ꝑ ole ē aīal ēē. vn̄ tan
gibiliū excellencia nō solū cor
rūpunt sensū s3 aīal. q3 nc̄ce
ē solū h̄re hunc alius ꝯ' sensus
h̄t aīal sic t̄m ē non ꝓꝑ ēē s3
ꝓꝑ bn̄ ēē ut uisū q3 in aere et
in aqua ut uideat. Omnino
autem quoniam in dyafano
habet propter delectabile et
triste ut senciat q̄ in alimento
et concupiscat et moueantur
auditum aūt ut significetur
aliquid ipsi linguū autem h̄t
quatinus significet aliquid
alii ~~ ∞ ~~ ∞ ~



Quoniam autē d'
aīa scdm̄ ipsam
determinatum est
et de uirtutū q̄libz
ex ꝑte ipsius. con
sequs ē facere
demonstracōm considerātoꝝ
de aīalibz et uitam h̄ntibz oībz
que sūt ꝓꝑie ⁊ communes operacō
nes eorū. Que g' sunt de aīa su
biciantur. De reliquis aūt dica
mus et ꝑm̄ de ꝑmis. videntur ꝯ
maxī et ꝯa et ꝓꝑa aīaliū ꝯa ēē
et corporis et aīe. puta sensus et
memoria et ira ⁊ desiderū ⁊ oīo
appetitus ⁊ cū hijs gaudiū ⁊ tri
cia etc. n. fere hec m̄ sunt oībz
aīalibus cū hijs aūt ħ quid' oīm
sunt uita pticipanciū. coīa ħ ꝯ
aīaliū quibzdam existunt aūt
hoꝝ maxime quatuor coniuga
cio uelud uigilia sompnus et
iuuentus et senectus et respira
tione et exspiratione et uita ⁊
mors de quibz considerandū quid ē
vnuq3 eoꝝ ex quibz ꝯ causis accit.
Eiusdem phisici ē de infirmitate et sa
nitate ꝑma iuenire ꝑncipia. Nec
enī infirmitatē neq3 ē ꝑ ole carentibz
uita plurimi q̄rt phisicoꝝ ⁊ medicoꝝ
qui magis phice artem prosequū
tur. hn̄ quid' finiūt ad ea que de me
dicina. hn̄ uo ex hijs que de na
incipiūt de sanitate medicina. qd'
autem oīa dc̄a ꝯa sunt aīe ⁊ corpi
nō tn̄ manifestū ē. Oīa ħ consen
su accidunt. ħ uo ꝑ sensū. quedam
autem ħ quid' passiones hi' ꝯ
tes existunt. ħ uo habitudines
ħ autem conseruaciones ⁊ salutā
ria. hec uo corruptōes et ꝑuacōes
sensus aūt quū ꝑ corpus sit aīe

sanitate m3

2us capitulus

manifestum est et per sermonem et absque sermone. Sed de sensu et sentire quid sit et quare accidit animalibus haec passio dictum est prius in his quae de anima. Animal autem secundum quod animal necesse est unumquodque habere sensum; per hoc enim determinamus animal esse et non animal. Proprie autem secundum unumquodque iam tactus et gustus consequuntur omnia ex necessitate, tactus quidem propter dictam causam in his quae de anima, gustus vero propter escam; iudicat enim quod delectabile et triste circa escam, ut hoc quidem fugiat, hoc autem prosequatur; et omnino sapor est nutritivae partis animae passio. Sensus autem qui per exteriora proficientibus ipsorum insunt, quemadmodum odoratus, auditus, visus, omnibus quidem habentibus insunt salutis causa, ut praesentientia prosequantur alimentum, mala autem et corruptiva fugiant. Et habentibus autem et prudentiam causa eius quod bene: multas enim annuntiant differentias, ex quibus contemplabilium intellectus et agibilium fit. Horum autem ipsorum ad necessaria quidem melior est visus et secundum se, ad intellectum autem et secundum accidens auditus. Multas quidem differentias et multimodas visualis annuntiat potentia propter hoc quod omnia corpora colore participant, quare et communia maxime per hunc sentiuntur. Dico autem communia magnitudinem, motum, quietem, figuram, numerum. Auditus autem soni tantum differentias, paucis autem et eas quae vocis. Secundum accidens autem ad prudentiam auditus plurimam confert partem. Sermo enim audibilis existens causa est disciplinae, non secundum se, sed secundum accidens; ex nominibus enim constat, nominum autem unumquodque symbolum est. Quare sapientiores a nativitate privatorum utroque sensu sunt caeci mutis et surdis. De virtute quidem igitur quam habet sensuum unusquisque dictum est.

2s tractatus

